

D

05

A

1359





Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA, 329

DE

**PROBATIONE
PLENA PER UNUM
TESTEM,**

Quam

IN ILLUSTRIS ACADEMIA WITTEBERGENSI

DECRETO ET AUTORITATE

MAGNIFICI FACTORUM ORDINIS

SUB PRÆSIDIO

DN. CASPAR HEINR. HORNII,

J. U. D. ET PROF. PUBL. CURIÆ ELECTOR. PRO-
VINC. ET SCABINAT. NEC NON FACULTAT. JURI-
DICÆ ASSESSORIS,

PATRONI SUI HONORATISSIMI,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC
PRIVILEGIA LEGITIME CAPESSENDI

DIE SEPTEMBR. MDCXCIII.

SOLENNITER VENTILANDAM SISTIT

CHRISTIANUS VETTE,

OSNAB. WESPHAL.

HORIS ANTE - ET POMERIDIANIS IN AUDITORIO MAJORI.

WITTEBERGÆ, Prelo Goderitschiano.

F.v.L.

D. B. N. 6.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE
PROBATIONE
PLENA PER UNUM
TESTEM

IN ILLUSTRI ACADEMIA WITTEBERGENSI
PUBERTO ET AUCTORITATE
MAGNIFICI RECTORUM ORDINIS

DR. CASPAR HORNII
P. U. D. ET PROF. P. U. D. ET RECTORIS
FACULTATIS JURIS



1359
HORNII

PRO LICENTIA
SUMMOS IN URROVE HIRE HONORES AC
PRIVILEGIA LEGITIME CAPESSENDI
DIE SEPTEMBER AN DE KM

SOLEMPNITER VENTILANDAM SISTIT
CHRISTIANUS VETTER
OSNAB. WESPHAL.

HORNII INTE - ET POMERIDIANIS IN AUDITORIO MAIORI
WITTEBERGAE, P. U. D. GODEFRIANO





I. N. J.
CAPUT I.

De Probatione in genere, quid sit,
& quomodo fiat?

Th. I.



Materia probacionis in Jurispru-
dencia nostra esse utilissimam, ac
tractatu præ multis dignissimam,
quotidiana experientia docet. Sæ-
pius litigantibus non jus, sed pro-
batio deficit, *L. 30. ff. de Testament.
tutel.* nam in probatione consistit
tota virtus causarum, pondusque

Introitus.

litis, & exitus totius controversiæ, *Pacian. Lib. I. de Pro-
bat. cap. 5. n. 4.* imo a probatione descendit omnis fori
contentiosi justitia, quæ ex actis & probatis a iudice di-
stribuitur; Atque hinc non immerito factum, ut in *L.
ult. C. de Probat.* æquiparetur lumini, & in *L. 4. C. de Tem-
por. & repar. appell.* veritatis lumen appelletur.

Th. 2.

Vocabulum probare triplicem significationem ha-
bet; (1) denotat laudare, approbare: unde probati si-
de iussores, *L. 10. Qui satisd. cogunt. L. 7. §. non solum ff. de
Minor. probatum opus, L. 36. & 38. L. fin. ff. Locat. Cond.*
(2) idem ac de re quacunque fidem facere significat.

*Probare
quid signifi-
cet?*

A 2

Quo-

Quomodo accipitur Aristoteli dicenti : ad Oratoriam pertinere de re proposita fidem facere 1. *Reth.* 2. (3) in sensu juridico, probare est judici fidem facere, causæ controversæ ab eo decidendæ, *arg. L. 12. & 19. §. 1. ff. de Probat.* quo ipso tamen sensu interdum accipitur pro medio & causa probante quæstionem seu intentionem, & est idem quod argumentum; vel pro actu adhibente illud medium; vel pro effectu medi probantis, seu ipsa conclusione. *Strauch. Diff. 25. th. 8.*

Th. 3.

*Probationis
definitio.*

Varia autem probatio a DDibus definitur. Alii ita definiunt; quod sit negatæ intentionis confirmatio, uti *Strauch. cit. loc.* Alii, quod sit idoneis argumentis & legitimis mediis facta demonstratio; *Ziegl. ad Lancell. Lib. 3. tit. 14. §. 1. a Cujacio* vero definitur in *Parat. C. h. t.* quod sit intentionis suæ legitima fides, quam judici facit actor, vel reus, vel uterque. Ego autem cum Dno. *Lauterbachio in Comp. jur. Civil.* ita probationem definio; quod sit actus judicialis, quo litigantes judici de facto controverso, vel de re dubia per argumenta fidem faciunt. *L. 12. in fin. de Probat.* Dicitur in hac definitione de facto aliquo; quia, quæ juris sunt, allegari debent, non probari regulariter: sunt enim ea, vel saltem esse debent judici nota, *L. 2. ff. de jur. & fact. ignor. L. 2. §. 43. de O. I. & L. 9. C. de LL.* Qua de causa solenne istud plaustra Legum allegantibus sæpius occini audimus: *Venite ad factum, Curia novit jus.* Scilicet quæ facti sunt, ea sunt ignota, ideoque non præsumuntur, nisi probentur, *L. 16. ff. de Probat.* Imo licet hæc Judici nota sint, nihilominus oportet ea quoque aliis fieri manifesta. Nam quæ novit Judex ut privatus, in judicio, non sufficiunt, nisi & ea cognoverit tanquam Judex, i. e. nisi & probata sint & manifesta

nifesta publice: gerit enim Judex personam publicam, cum judicat, *Perez. in Cod. de Offic. Rec. Provinc. num. 8.* Et hoc est, quod DD. sæpe in ore habent, Judicem secundum acta & probata debere judicare, non secundum conscientiam. Quæ sententia uti verissima est, & Judicibus occasionem qualemcunque sibi figendi conscientiam & scientiam præscindit: ita dubio procul ad eum casum non trahenda, si reus condemnandus, qui tamen per certam, exploratam & invincibilem scientiam Judicis, quam hic per *αυτοψία* aut alia invincibilia argumenta acquisivit, innocens est. de qua re eleganter agit *B. D. Ziegler in Dicast. C. 35.*

Th. 4.

Probatio autem fit variis modis: & quidem a *Ca-* ^{Quomodo}
millo Borello Tom. 2. decis. tit. 2. n. 5. & 6. decem genera ^{fiat?}
probationum recensentur; ut: (1) Testes, (2) Instrumenta,
(3) Confessio, (4) Rei sive facti evidentia & rei aspectus,
(5) juramentum ab adversario delatum, (6) Sententia seu
res judicata, (7) communis opinio, (8) fama publica, (9)
conjectura hominum, (10) præsumptiones, his *Hahn. ad*
Wesenb. tit. de Probat. num. 2. adhuc duo super addit: nempe
(1) libros antiquos, & scripturas veteres in lapidibus
scriptas, (2) literas munitas sigillo Episcopi. Addunt etiam
his nonnulli fugam; vid. *Mascard. de Probat. Vol. 1. q.*
4. num. 2. & seqq. & Concl. 820. num. 31. & seqq. Multa
tamen harum probationum genera, non immerito a
DDbus rejiciuntur, uti a *Wissenbach. Disp. 43. n. 4.* (α) Reji-
citur præsumptio, nam præsumptio relevat, tantum ab on-
nere probandi, idque in adversarium transfert *L. 5. §. 1.*
L. 8. & 9. ff. de Probat. Cap. ult. X. de Probat. Ergo non est
probatio; *Al. iat Part. 3. præf. n. 3. & seqq.* (β) Confessio
adversarii: reus enim, qui confitetur, se, v.g. debere, non

id confitetur testificandi causa, aut quicquam probandi, sed aut bonæ fidei agnoscendæ gratia, aut vitandi iudicii causa. Prorsus confessio non tam probatio est, quam relevatio actoris ab onere probandi; habetur enim confessus pro convicto *L. 5. ff. de Custod. reor.* Deinde probatio, quæ fit testibus, duos saltem requirit *L. ubi numerus 12. ff. de Testib.* unius ergo adversarii confessio non est probatio; licet vim & effectum probationis habeat, *L. 5. C. de Transact.* Uti enim probatione assequimur, quod intendimus, ita etiam confessione adversarii. (γ) Jusjurandum; nam licet præstito juramento, reus vel absolvatur, vel condemnetur: non tamen id ideo fit, quod jusjurandum sit probationis species; sed propter conventionem, & religionem, id est, quia conventum, ut si ille juraret, a lite discederetur. *L. 1. L. Etsi 23. ff. de jurejur. L. 2. C. de Reb. Credit.* Vim tamen probationis habet, *L. Sed si possessori 11. §. ult. ibi; perindeque habetur, quod juratum est, atque si probatum esset. ff. de jurejur. L. Si quis 11. C. de Reb. Credit.* Hinc vocatur probatio ficta. *Klock. de Contribut. Cap. 20. num. 125. privilegiata, Carpz. in Proc. tit. 13. art. 1. n. 67. & inartificialis; Pacian. de Probat. Lib. 1. Cap. 5. num. 17.* Unde etiam sub probatione legis dispositione injuncta regulariter continetur. *L. 25. pr. ff. de jurejur. L. 25. §. 3. ff. de Prob. Hartm. Pistor. Lib. 4. Q. 13. num. 16.* licet id non extendendum ad probationem, quam exigit sententia; quia intelligitur tunc non ficta, sed vera & proprie sic dicta, & quæ fit per testes, vel documenta. *Mev. P. 4. dec. 6. nec ad probationem per conventionem susceptam, Mev. P. 5. dec. 17.* (δ) Fama hæc non nisi cum aliis conjecturis & indiciis concurrens rei, de qua quæritur, fidem confirmat. *L. 3. §. ejusdem 2. ff. de Testib. Cap. Si duo 35. q. 6.* (Fama enim a Virgilio 4 Æneid. ita describitur: *Quod tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri sit.*) (ε) Fuga sola non probat *L. U-*

mic.

nic. C. de Raptor. Virgin. Fuga enim non semper ob conscientiam criminis, sed ut carceris evitentur incommoda, suscipitur. *Treutl. Disp. 4. th. 2. lib. B. Vol. 2.*

Th. 5.

Quoniam ab *Aristotele Lib. 1. Reth. 2.* fides dividitur in artificiosam & inartificiosam, non immerito & probatio in artificialem & inartificialem a DDibus dispesci potest. Ratio hujus divisionis a causa instrumentali petita. *Alia est artificialis, alia inartificialis.* Illa est, quæ arte & industria probantis ex ipsa causa ejusque circumstantiis deducitur: (veluti, quæ peperit, necessario quoque coivit:) Hæc est, quæ fit per argumenta artificialia, extrinsecus assumpta, v. g. per testes, instrumenta.

Th. 6.

Ulterius DD. distinguunt probationem ab effectu, *Alia plena, alia minus plena.* in plenam & minus plenam. Illa est, quæ plenam fidem facit judicanti, ita ut de re in quæstionem deducta, secundum eam ferre sententiam possit. *Peretz. in Cod. tit. de Probat. num. 5. Zæf. ad Decret. Tit. de Probat. num. 3. L. Scriptum 11. C. de Probat.* Hæcque vocabulo probationis simpliciter posito intelligitur *L. 83. ff. de Condit. & demost.* Quibus modis autem fiat, docet *Mascard. de Probat. Vol. 1. q. 4. num. 16.* Hæc semiplena est actus judicialis, quo rei dubiæ fides aliqua fit judici, non tamen tanta, ut jure possit ipsum movere ad ferendam sententiam definitivam, nisi adminiculo quodam suffulta sit, *arg. L. 40. ff. Ad L. Aquil. vid. Lauterb. in Comp. jur. Civ. ad tit. de Probat. Pacian. ad L. 3. C. de Reb. Cred. num. 17. Marant. Aur. Spec. Part. 6. de jurament. num. 4. Mascard. de Probat. Vol. 1. q. 4. n. 17. Mynsing. Cent. 1. Obs. 68. Wesenb. ad ff. tit. de Probat. Peretz. in Cod. tit. de Prob. num. 5.* Fit ea, uti testatur *Ludolph. Schrader ad L. Admonendi 31. num. 252. & seqq.* variis modis,

dis, ut, (1) uno teste, (2) scriptura privata non recognita a scribente, sed adhibita saltem comparatione literarum, *L. 20. C. de Fide Instr.* (3) fama constante, *L. 3. §. 2. ff. de Testib. Conf. Zæf. ad Tit. X. de Probat. §. 11. num. 4.*

Th. 7.

Semiplena
iterum
duplex.

Secundum communem DDrum calculum dividunt semiplenam probationem, in semiplenam majorem & semiplenam minorem. *Berojus Consil. 193. num. 9. Lauterb. Comp. jur. Civ. tit. de Probat. Jacob. a Beust. ad L. Admonendi 31. ff. de jurejur. num. 451.* quæ tamen divisio non tam novas species probationum inducit, quam tantum differentiam quoad gradum probationis constituit. Nam semiplena major & semiplena minor gradibus saltem inter se distinguuntur, *Wesenb. tit. de Probat. num. 4. Lauterb. Comp. jur. Civil. tit. de Prob. I. Ult. ff. de fund. instruct. vel instrum. legat.* Non in congruum est, ea huc adducere, quæ in simili argumento Abbas in *Cap. Quando X. de Præsumpt. habet*, qui præsumtionem in vehementem vel majorem, & minus vehementem vel minorem distinguit, dicitque, hæc vocabula Magistralia esse, non vero constituere specificam differentiam.

Th. 8.

Dicitur autem semiplena major probatio, quæ fidem plusquam semiplenam, nec tamen plenam & perfectam, nisi aliquo vehementi adminiculo adjuncta, iudici facit, *Wesenb. ad ff. de Probat.* & talis fit, per duos testes, quorum unus omni exceptione major est, alter vero non *Lauterb. Comp. jur. Civ. de Prob.* Plena hæc probatio non est, quia in qualibet probatione regulariter duo omni exceptione majores requiruntur testes, *Cap. Licet. 23. X. de Testib.* nec quoque semiplena, tantum, quia ille unus testis idoneus facit fidem semiplenam, uti hoc DD.

com-

communiter testantur. *Böer. Decis. 183. num. 2.* hic autem alter omni exceptione haud major concurrit. Minor semiplena probatio est, quæ tantum levem & modicam præsumptionem inducit, *Wesenb. ad ff. de Prob. hæc fit per unum testem, non omni exceptione majorem, Carpz. P. 1. Const. 23. def. 4. vel etiam per præsumptiones leviores, L. 10. L. 17. C. de Probat. L. 27. ff. eod.*

Th. 9.

Sunt etiam nonnulli DDrum, qui probationem distinguunt in eam, quæ est juris, & quæ facti: verum minus recte; cum ea, quæ juris sunt, per se nota ac certa, ita ut probatione non egeant; facta autem sint incerta, ideoque probanda, *L. Sive. 16. C. de Probat.* Alii eam dividunt in judicialem & extrajudicialem; hanc vocant, quæ producit extra litem, ut quæ fit in æternam rei memoriam; *Auth. Sed etsi quis C. de Testib. Cap. fin. §. 1. X. ut lite non contestat. non proced.* Illa est, quæ fit in judicio post litem contestatam. Adjiciunt & DDres hanc distinctionem, quod alia fit probatio vivæ vocis, & quæ fit per testes, jusjurandum: alia vocis mortuæ, ut quæ fit per scripturas. *Gloss. in Rubr. C. de fide instr.* Sed cum animus non sit, hæc divisiones omnes accurate perlustrandi, indicasse eas saltem sufficiat.

Th. 10.

Redeo ad plenam probationem, cujus descriptionem in thesi VI. dedi, ad quam si testibus absolvenda, duo regulariter requiruntur, & sufficiunt, & quidem omni exceptione majores. *L. 12. ff. de Testib.* Quæ regula quoque jure Divino fundata est, *Num. 35. vers. 30. Deut. 17. vers. 6. & Cap. 19. vers. 15. Matth. 18. vers. 16. Joh. 8. v. 17. 2. Corinth. 13. vers. 1. Ebreor. 10. vers. 28. 1. Timoth. 5. v. 19. Cap. 4. & 10. X. de Testib.* Unius enim testis depositio nulla est.

B

Plena fit
duobus te-
stibus.

la est. *L. 9. C. de Testib. Cap. 12. X. dict. tit. L. Maritus 20. ff. de Quæst. Farin. de Testib. q. 63. pr.* Vox enim unius, vox nullus. *Harmenop. 6. cap. περὶ κεκολυμένων. cap. licet univ. versis ibi: Nulla est causa, quæ unius testimonio (quamvis legitimo) terminetur, 23. X. de Testib.* Dantur tamen in jure nostro plures casus, in quibus duo testes non sufficiunt, sed plures requiruntur, nisi actum nullitate laborare velimus. Forma enim actui a lege præscripta servanda est, qua non adhibita, corrumpitur totus. *L. Mevius 55. L. Qui heredi 44. §. 3. ff. de Condit. & demonstr. L. 1. & 2. C. Quand. provoc. non est necess. Tiraquell. in L. Si unquam, verbo Revertatur. num 67. C. de Revoc. donat. Alderan. Mascard. de General. Statut. interpret. Concl. 9. num. 8. & num. 55. vers. Et quia.* Horum actuum nonnullos hic adducere animus est.

Th. II.

Casus, ubi plures quam duo testes requiruntur. Occurrit autem inter hos (1) Testamentum, quod ut validum & ut solenne subsistat, requiritur septem testes. *§. 3. l. de Testam Ordin. L. 12. C. de Testam. R. I. de ann 1512.* Nonnunquam etiam octo exiguntur, quando scilicet hoc a carente oculis conditur, *L. 8. C. Qui testam. facer. poss.* (2) In aliis generibus ultimarum voluntatum quinque adhiberi debent. *L. ult. §. ult. C. de Concill. L. 28. §. 1. C. de Testam. L. ult. eod. vid. Mantica 1. de Conject. 1. & 12. nec minorem testium numerum donatio mortis causa admittit. L. fin. C. de Mort. caus. donat.* (3) Ut creatur chirographo continenti summam quinquaginta libras auri excedentem, requiritur, ut trium testium subscriptio adsit, *L. 17. C. Si cert. petatur, & quidem ob communem utilitatem, quia ubi agitur de magno præjudicio, magna etiam provisione & cautela opus est.* Nec adducta *L. 17.* intelligenda solum est de contractibus ruri celebratis, uti sentit *Sich. in pr.* ob verba finalia Authenticæ sequentis

tis

tis, *vid. Brunn. ad tit. leg.* Jure vero Novellarum certo casu quinque necessario adhibendi sunt, *Nov. 73. Cap. 8. Auth. Sed novo jure C. Si cert. petatur, & ad cit. Nov. Harmon. Lib. 1. Cap. 6.* (4) Sic quoque quinque testes requiruntur, quoties agitur de solutione absque scriptura debiti, quod scriptis contractum est, h. e. ubi scriptura non tantum probationis causa adhibita, sed contrahentibus placuit, non aliter quam in scriptis contrahere, *L. 18. C. de Testib. L. 35. ff. de R. I. Carpz. 11. 13. 4.* Notant tamen DD. hæc hodie usu non servari. *Brunn. ad Auth. Sed novo jure C. Si cert. petatur*, quod excepto illo casu, ubi imperitus literarum in scriptis contrahere vult, facere admitto. Huc pertinet, (5) quod jure Romano ad emancipationem adhibebantur primo quinque testes. Postmodum vero a Præatore introductum, ut ad hujus rei expeditionem septem exigentur, remoto libripende & antestato. *Gajus Lib. 1. Inst. tit. 6. §. 3.* (6) Nullum divortium ratum erat, nisi septem Civibus Romanis adhibitis, qui testes ideo requirebantur, ut pudore afficerentur divergentes. *L. 9. ff. de Divort. L. 35. de Donat. inter vir. & uxor.* (7) De Jure Canonico ad convincendum Cardinalem, si Episcopus sit; testes septuaginta duo requiruntur; Si presbyter; quadraginta quatuor; si Diaconus urbis Romæ; viginti septem: Si Subdiaconus, Accolytus, Exorcista, Lector, aut Ostiarius; septem. *Cap. Præsul. & cap. Nullam, 2. q. 5. Nepos de Monte Alban. in Tract. de Testib. n. 98. Barbos. in Tract. de Præstant. Card. q. 11. num. 1. & per tot. quæst.* ratio hujus rei consistit in eo, ut Pontifex compesceret malitiosos accusatores, qui aliquando Clericos frivole accusabant, ut ab eorum officio removerentur, & alii eorum loco substituerentur. Doctor Angelicus aliam rationem tradit, scilicet quia solent esse apud alios in magna invidia, cum eorum sit alios corrigere, & de-

trahitur multum ex eorum condemnatione existimati-
oni & reverentiæ, quæ debetur Ecclesiæ Ministris.
Quamvis ipse Lorinus fateatur, hæc usu non servari. *vid.*
Joh. Lorini Comm. in Lib. muneri. ad Cap. 35. vers. 30. lit. E.
Conf. Ungebau. Tit. de Testib. n. 18. Plane in nostris Eccle-
siis Clericos prærogativa quædam, quoad testium contra i-
psos producendorum numerum gaudere, nusquam me
legisse memini; neque etiam Apostolus *1. ad Timoth. 5. v. 19.*
plures adversus presbyterum requirit testes, quam duos
aut tres, qui numerus & intuitu aliarum requiritur perso-
narum. (8) Jure feudali ad convincendum vasallum com-
missæ felonix quinque testes, summæ atque integræ opi-
nionis requiruntur. *2. F. 57. in fin. Mascard. de Probat. Vol. 1.*
Concl. 762. & Guid. Pap. dec. 180. Ubi secundum illud in
Delphinatu judicatum esse refert; quam sententiam in
Germania obtinere quoque docet *Rosenth. de Feud. Cap. 12.*
th. 20. num. 5. Alius casus, ubi septem requiruntur, habetur.
2. F. 27. §. 3. (9) Itidem ad convincendum aliquem criminis
incendii, si hoc notorium non sit, non minoribus
quam septem testibus hoc probandum. *5. F. 10. vers. Item si*
(10) Inventarium ut subsistat ac omnes solennitates habe-
at, requiritur, ut adhibitis tribus testibus sit confectum.
Nov. 1. Cap. 2. §. 1. (11) Ad conciliandum scripturæ priva-
tæ auctoritatem publicam requiritur, ut integræ opinio-
nis trium vel amplius virorum subscriptione munita sit *L.*
11. in fin. C. Qui potior. in pign. Auth. Si quis vult. C. eod.
(12) Ubi de ventris inspectione agitur, tres obstetrices
sunt adhibendæ. *L. 1. pr. ff. de Ventr. inspic.* Nonnunquam
etiam quinque. *L. 1. §. 10. Eod.* (13) De virginitate ubi quæ-
stio occurrit, septem obstetricum & honestarum matro-
narum testimonio accedente juramento sceminae se dicen-
ti inviolata tam credendum est, potius quam juramento
viri. *Pe re 12 in Cod. tit. de Probat. n. 12. Cap. 4. X. de Probat.*

Plures

Plures adhuc similes casus vid. apud. *Specul. tit. de Testib. §. Restat. in pr. & n. 1. & seqq. Nepot. de Monte Alban. in Tract. de Testib. n. 84. & plur. seqq.*

Th. 12.

Ex haecenus adductis satis liquet, non semper sta- *Exceptiones*
ri Regulæ in thesi 10. traditæ, scilicet quod omnis proba- *a Reg. in th.*
tio plena fiat per duos testes, sed non nunquam ab hac *10. tradita*
recedi, & quidem in excessu, ita ut ad negotii validita-
tem duo non sufficiant, sed plures requirantur. Est ta-
men, ubi etiam quoad defectum patitur assertum illud
limitationem. Scilicet de uno teste antea diximus, quod
ad probationem plenam pro nullo aestimetur; Unius enim
vox, quantuscunque ille sit, quasi nullius habetur *L. 9. §.*
i. C. de Testib. Licet etiam præclaræ dignitatis, imo ju-
dex quantæcunque autoritatis, *Cap. Ego solis. Dist. 9.* tamen
neutiquam plene probat, *Cap. Licet universis. 23. & Cap.*
cum a nobis. 28. Cap. In omni negotio 4. X. de Testib. Licet
Xenocrates, Aristides aut alius integritatis laude celebra-
tior. *Morac. ad L. 2. ff. de Testib.* adeo ut propterea nec lo-
cus fieri possit juramento suppletorio, nisi sit exceptione
major, vel alia concurrant. *Jas. in L. Admonendi 31. num.*
166. & num. 189. de jurejur. Mysing. 1. Observ. 68. Quæ o-
mnia vera sunt; quamvis favor piæ causæ concurrat. *Far. q.*
63. de Testib. num. 14. vel agatur coram iudice, sola veri-
tate facti inspecta judicare debente. *Far. dict. loc. num. 13.*
Cujus rei ratio in eo posita est: quia facile ex privato o-
dio unius calumniator contra aliquem inveniri posset,
non ita facile duo aut tres. Deinde unus testis mendax lon-
ge facilius in deponendo testimonio proferet omnia con-
sentientia & conformia, quam facere possint duo aut tres
mendaces: neque enim facile duo aut tres ita inter se con-
spirare possunt, ut si seorsim ac diligenter examinentur
omnes facti circumstantias proferant eodem & simili
plane

plane modo, sicut patuit in examine illorum Seniorum, qui contra Susannam producebantur. *Osiander. ad Deutr. 19. v. 15.* Casus tamen nihilominus dantur, ubi non tantum proficit unus testis ad id, ut juramento purgatorio vel suppletorio locus esse queat. *vid. Dec. Conf. 459. n. 7. Alex. Vol. 1. Conf. 76. num. 5. Gail. Lib. 1. de P. P. Cap. 15. num. 21. Carpz. in Præ. Tit. 12. Art. 2. num. 73.* Verum etiam ubi plene probat, & quidem vel ob qualitatem personæ, vel ob qualitatem causæ, de qua lis est, vel etiam ob partium utriusque vel unius expressam vel tacitam voluntatem. Qui casus ordine jam erunt proponendi.

Th. 13.

*Questio
præjudi-
cialis.*

Priusquam autem id faciam, illud mihi expediendum est, quod præjudicium argumento facere videtur: Utrum scilicet ad universale Jus, Naturale scilicet, aut Divinum positivum morale, & quidem quatenus præcipiunt aut vetant absolute, pertineat lex de duobus minimum testibus adhibendis. Hoc enim si foret, non abs re videri possit, nec lege, nec statuto, nec conventionem fieri posse, ut unius testimonium sufficiens haberetur, ad sententiam definitivam ferendam. Certe hanc opinionem multi ex DDibus sunt amplexi, quos allegat *Farin. de Test. Tit. 6. q. 63. n. 8. Tiraquell. de judicio in rebus exiguis ferend. statim ab init.* Quæ si vera esset, jus nostrum quod unicum sæpius admitti testem, ab injustitia non posset excusari, atque eadem labe contaminaretur tota hæc Dissertatio mea. Sed videamus, num avertere hoc opproprium, tum a jure, tum a me ipso queam.

Th. 14.

*Quid Jus
Naturæ exi-
gat circa te-
stes?*

Enim vero quod ad Jus Naturæ primo attinet, nullum dubium rectam rationem præcipere, ut ille, qui medius inter pa-

partes stat, & de causa controversa statuere debet, sententia non dicat, nisi ille, cui probandi onus incumbit, ea afferat testimonia, quæ pro religione sua sufficere putat. Atque cum judicia circa actus humanos versentur, ac sic potissimum circa res contingentes; obque hanc causam non possit semper haberi certitudo demonstrativa: probabilis sufficit, quæ ut plurimum veritatem continet, raroque deficit. Quia itaque recta ratio nihil præcise determinat & præcipit circa modum probandi, vel si testibus probatio suscipienda, circa numerum testium: non potest non dici, arbitrio humano, vel illius, qui τὸ κῦριον in Societate civili tenet, vel cui in Civitate, vel extra civitatem munus judicandi est delatum, id relictum esse. Quod tamen arbitrium non omnem rationem plane excludere, sed conforme eidem, & tale esse debet, ne primis principiis de non lædendo altero, jusque suum cuique tribuendo, repugnet.

Th. 15.

Etsi itaque negandum non est, duos vel tres homines mentiri posse, illudque exemplo testium contra Nabothum, & ipsum Salvatorem productorum abunde apparet: quoniam tamen, uti supra jam th. XII. dictum, extrinum imo etiam duorum testimonio veritas longe facilius haberi potest, quam ex unius asserto; ut plurimum etiam fit, ut tres vel duo fide digni, si præsertim jurisjurandi religioni adstringantur, veritatem dicant: non tantum non peccat, sed & laudem meretur judex, si ex tali testimonio, cæteris paribus, scilicet condemnet, vel absolvat reum. Imo peccare illum tunc puto, si ab tutiori hacce via, quam recta ratio ostendit, deflectat sine justa causa, & temere credat uni testi, in re gravi præsertim, vel ubi plures testes facile haberi possunt. Quod si ve-

*Ratio cur
duo testes
requirantur;*

ro

ro justa causa adsit, suggeratque religio, tuto etiam posse credi uni testi, si e. c. dignitas, excellentia, & fides personæ, vel natura rei & levitas causæ, ob quam credibile non sit, testem mendacium dicturum, vel necessitas, si res moram non patiat, graveque metuendum periculum, vel si casus valde atrox, in quo conveniat, autorem puniri, nec rem evulgari, ut si quis Reginae vel Regis filiae vim intulisset, &c. non arbitror, peccare illum, si definitive ex unius testimonio decernat, ubi praesertim plures non possunt reperiri. Nec interesse puto, utrum criminalis, an civilis sit causa, capitalis nec ne: quamvis illud largiar, in capitali causa majori circumspeditione opus esse, cum maximum praesudicium & irreparabile damnum hic inferri possit.

Th. 16.

Jus naturæ binarium vel ternarium numerum testimonium absolute non requirit. Atque hæc sententia mea est de Jure Naturæ, quæ eo redit, non juberi præcise, ut binarius numerus testimonium adsit, nec prohiberi absolute, quominus ad unius testimonium sententia ferri possit: esse tamen hanc rem recti rationi valde conformem, atque ideo etiam plerique gentibus moratioribus placuisse. Ob quam Causam *Lorinus in Comment. ad Num. XXXV. 30.* modo ad Jus Naturæ, modo ad Gentium Jus numerum binarium aut ternarium testium referre vult.

Th. 17.

Dispositio juris divini circa banc rem. Ex quibus illud conficitur porro, humanæ potestati relictum in hanc rem esse arbitrium quoddam, locumque hic invenire, quod in *L. 6. ff. de J. J.* habetur. Ad quam sententiam *Dr. Angelicus, Thomas Aquinas secunda secunde quæst. 70. Art. 2.* & qui illum sequuntur; (ex quibus *Sayrium Thesaur. casu conf. Lib. 12. Cap. 21. Lorinum in Cap. 35. Numr.* & ex nostratibus *Osiandrum loc. sup. cit.*

Ex

Ex Reformatis vero *Amesium de Consc. Lib. 5. tb. 34.* allegasse sufficiat) fere philosophantur.

Th. 18.

In Sacro codice varii reperiuntur textus qui numerum binarium vel ternarium exigunt, sufficientem habent, qui omnes supra th. 10. a me sunt relati. Quoad priores duos ex Pentateucho allegatos attinet, *Num. 35. vers. 30. Deut. 7. v. 6.* inspectio ipsa docet, illos textus saltem de capitali supplicio agere, idque velle, ne nex unius testimonio quis ad mortem condemnetur. Tertius tamen *Deutr. 19. v. 15.* generalis est: *Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati (contra Deum) & facinoris (contra hominem) fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.* Et quamvis quidam sint, uti *Jenius*, qui in seqq. *Versiculo 16. ibi: Si steterit testis mendax contra hominem: &c.* exceptionem in negotio religionis positam esse velint; recte tamen a *Polo in Synopsi Criticorum* ad hunc locum notantur. In versiculo enim 16. vel singularis ponitur pro plurali, vel significatur falsum testem, sive solus sit, sive cum alio concurrat, pœnæ esse subjiciendum. Rectius fortasse dicit posset, versiculum 15. tantummodo de delictis agere, neque ita ad alias causas, puta materiam contractuum, vel ultimarum voluntatum esse trahendum. Quoniam tamen in Novo Testamento ad alias quoque res, tum a Christo, tum ab Apostolo trahitur, id quod loco supra allegata satis indicant, nullus dubio, quin interpretatio ea habuerit apud Judæos locum, quæ ad omnes omnino causas extendit dispositionem.

Th. 19.

Legem istam de duobus vel tribus testibus in V. *Numerus*
Testamento inter LL. forenses recitari & ad illas *duorum*
C quoque *vel trium*

testium in
V. Test. ad
LL. forenses
pertinet.

quoque pertinere, nullum fortasse dubium est. Quoniam vero præcepta legis forensis duum generum esse perhibentur, quorum prius, quæ sunt juris communiis, quantum ad substantiam ipsam attinet, etiam si secundum nonnullis circumstantias Reipublicæ Judaicæ sint peculiare, completur: Posterius vero quæ juris particularis sunt, & ad solam pertinent Rempublicam Judaicam, continet *B. D. Quensted. P. 3. Syst. Cap. I. Sect. I. th. 66.* ambiguum videtur, ad quodnam genus præceptum hoc nostrum sit referendum fateorque, in nullum me incidisse, qui hoc tractaverit quæsitum data opera: quamvis non diffitear, *Lorinum* illud tetigisse.

Th. 20.

Numerus
testium nos
non obligat,
quatenus
LLbus fo-
rens. judai-
eis contine-
tur, sed qua-
tenus cum
jure Naturæ
convenit.

Quod si itaque, quid sentiam hac de re, in medium proferre licet, non dubio asserere, ad prius genus hoc esse referendum præceptum: Non quidem quod cum *Zeppero* in *Tract. de LL. Mosaicis* aliisque credam, perpetui juris esse, omne statim, quod in N. Testamento repetitur, quam sententiam *Osiander ad Grotii Lib. I. cap. 1. th. 17. observ. 2.* rejicit, & ex *Matth. 15. v. 4.* refutat; suam tamen facere videtur. *König Cas. Conscient. cap. 18. de Sacr. Cæn.* Sed quia præceptum illud id continet, quod recta ratio ipsa sine revelatione nos docet. Atque sic ad nos hodie, uti ad omnes homines pertinet, non quatenus in LLbus forensibus Judaicis continetur, sed quatenus cum jure Naturæ, modo quo supra dictum, est conveniens. Quo posito facile apparet, locos illos Sacri Codicis neutiquam efficere, quo minus Legislatura potestas humana unius testis testimonium ex justa causa, & si ita expedire arbitretur pro sufficienti queat habere: Quod si vero aliquis existimet, Legem Mosaicam eo casu, ubi de vita hominis agitur, præcise duorum exigere testimonium, nec sufficere unius unquam; me non adeo habebit refragantem, si modo

si modo admittant, ad merum jus forense illud pertinere, quod jus nos hodie nequaquam obligare, certum est, *Ostend. ad Grot. 1. Th. 17. O. 2. Ziegl. ad Grot. L. II. C. 1. §. 14.* Plane in eo neminem forte habebō dissentientem, quod loci illi S. Scripturæ ad jus Divinum positivum univērsale, quale Levit. 18 circa gradus prohibitos extat, nulla ratione trahi possint. Illud vero minus dubii habet, non obstantibus textibus S. Codicis, & illis, quæ ex lumine rationis antea disserui, numerum testium LLbus Civilibus augeri posse, qua de re latius agunt *Thomas & Sayrius loc. allegatis. Mestertius de justit. LL. Rom. Dub. 45.* Quid ex Conventionē liceat, videbimus infra c. IV.

Th. 21.

De dispensatione solliciti sunt DD nostri circa hanc *An Dispensatio sit licita?* de duobus testibus præceptionem. Sunt quidam, qui nec Papæ nec Principi concedunt, ut de potestate ordinaria facere possit, ut eredatur uni soli in præjudicium alterius. *Felin. in Cap. Sicut. 39. de Simon. aliique, quos allegat Farinac. q. 63. n. 8.* Ego quid sentiam, exponam paucis. Scilicet quia Principis potestas in dispensando æque late patet, ac potestas legislativa. *Ziegler. de jur. Maj. L. 1. C. 7. th. 5.* In tantum quoad hanc legem dispensare poterit, quantum arbitrio humano facultatis relictum esse antea dixi. Plane iudex, qui legum tantum Minister & executor est, *pr. 1. de Offic. judic. L. 11. de pœnis. L. 25. ff. de LL.* nihil sibi tribuere debet, nisi quod interpretatio, quæ fit secundum æquitatem, admittit, qua de re videatur *Ziegler. cit. loc.*

De Probatione plena per unum
testem ob qualitatem personæ.

Th. 1.

*Clerici unde
dicantur.*

EX personis quarum qualitas hoc efficit, ut unus testis plene probet, sistunt se primo Clerici. Dicuntur hi a Græco vocabulo κληρως, quod idem est ac fors Latinis: propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte domini sunt, vel quia ipse dominus fors, id est pars Clericorum est. *Dist. 21. C. 1. Can. 7. q. 1. c. 12.* In primitiva Ecclesia vox κληρως denotabat totam Ecclesiam sive cœtum fidelium. *1. Petr. V. 3.* postmodum vero vocabulum κληρως solis illis, qui divinis officiis mancipati, & quos ab omni strepitu cessare convenit, tributum est: Ita ut jam tempore Constantini, uti patet ex *L. 2. Cod. X. Theod. de Episcop. Dist. 17. c. 1.* nomen illud proprium & ἐξαιρέσιον habuerint. *J. Godof. ad cit. L. 2.* Clericorum autem varia sunt genera: alii enim dicuntur esse in Sacerdotio, alii in Sacris, alii nec in Sacerdotio nec in Sacris constituti, de his autem, ac eorum subdivisione vid. plura apud *B. D. Ziegl. ad Lancell. Lib. 1. tit. 4.*

Th. 2.

Pontifex, ubi ob qualitatem personæ plene probat.

Ordinis autem ratio postulat, ut a Pontifice, qui se- cundum Pontificiorum hypothesin Princeps Clericorum habetur, initium faciamus, & quomodo hic ratione dignitatis sive ob qualitatem personæ plene probet, perlustremus. Notandum itaque juxta Principia juris Pontificii, plene & indubitate credi effato ac assertioni Pontificis, sive hæc in scriptis per literas sive folis verbis fiat, *Cap. 28. X. de Testib. Clem. 1. de Probat.* in iis etiam, quæ vidit ante Pontificatum, *Gloss. in Cap. Apostolicæ in verbo Pro-*

*Promississent. de Rejudic. in 6. & in Cap. 1. in verbo statuit de
Electione in 6. Felin in Cap. Pueris in fin. de Sent Ex comm.
Gabr. de Probat. Concl. 2. num. 10. imo etiam in iis, quæ vi-
dit ante Cardinalatum, & dum erat adhuc in minoribus
constitutus. Mascard. de Probat. Vol. 1. Concl. 139. n. 6. Ne-
que volunt, hoc mirum videri debere, cum actus summi
Pontificis non possit esse nisi circa veritatem, cum veri-
tas ipsa Deus sit, cujus in terris vicem Pontifex gerere
dicitur, & ideo Sanctus & beatus ac merito etiam verax
æstimatur. Joh. Ludov. C. 14. infert. 42. Mascard. de Prob.
Con. 1236. n. 7. Hoc ipsum dogma maximo conatu co-
piosissime tractant Pontificii Doctores, uti videre est a-
pud Mascardum, Farinacium, aliosque. Sed quoniam Pon-
tificis autoritas apud nos nulla est; atque hæc omnia, quæ
de Principe dicentur infra, de Papa quoque a DDibus tra-
di solent, operæ pretium nullum esse arbitror, si hisce
rebus charta impleatur. Labet tamen quosdam singula-
res casus huc pertinentes ex vastis Dd. voluminibus excer-
pere & paucis annotare verbis.*

Th. 3.

Scilicet sententiam suam ita explicant Interpretes
Pontificii juris, ut habeat etiam locum, si Papa circa
gratiam quid disponat, ut tunc ei plene credatur, licet
concernat præjudicium tertii *Aymon. de Antiquit. temp.
Sect. non omitto. n. 28. part. 1. & quod hoc præprimis pro-
cedat in beneficialibus, in quibus cum Papa habeat om-
nimodam potestatem, & sine causa quempiam beneficio
possit privare, ideo ejus declarationi statur, si modo ex
ea de nova dispositione constet, & quod Papa ita volue-
rit, Aymon. cit. num. 30. & 31. 34. & seqq. Aretin. in Cap.
Cum a nobis n. 7. de Testib.*

C 3

Th. 4.

Th. 4.

Cardinalis Misso Pontifice, sistunt se nobis Consiliarii & Con-
ubi plene iudices, scilicet cardinales; sunt enim hi ita a Papa Pio
probat. II. in *Sacrar. Ceremon. Rom. Eccles. descriptione Lib. 1. Sect. 8.*
Cap. 3. ita vocati, quorum unius assertio haud raro plenam
 fidem facit. Id quod tunc fieri volunt, si Cardinalis as-
 serit, se Legatum, vel sibi aliquid a Papa commissum esse,
 licet literas suæ commissionis nondum ostenderit. Ratio
 datur, quia nunquam fere Cardinales extra curiam exire
 solent, cum alio titulo quam legationis. *vid. Gloss. in Cap.*
Nobilissimus. 97. Speculat. in Tit. de Testib. §. Restat. num. 10.
in fin. vers. 19. Hinc etiam communem scribentium sen-
 tentiam receptam esse, testatur *Mascard. de Probat. Lib. 1.*
Concl. 140. num. 1. ut scilicet in iis, quæ veniunt jure ordi-
 nario legationis Cardinali omnino credatur, quicquid in
 contrarium dicat *Barbos. de Præst. Cardin. Part. 2. q. 1. & in*
L. Sciendum Col. 62. & 63. ff. de Verb. Obl. conf. Felin. in Cap.
Quod super his. num. 8. & 9. Gabr. in Concl. 3. num. 12. &
Mascard. in Concl. 269. n. 11. quod ulterius extendunt ad
 ea, quæ de more sunt solita concedi legato, licet sui na-
 tura non veniant in generali commissione.

Th. 5.

Atque sic Cardinali etiam dicenti se legatum in ali-
 qua causa particulari, vel aliquid specialiter sibi commis-
 sum vivæ vocis oraculo creditur, etiamsi aliunde non do-
 ceat de commissione & delegatione sibi facta. *Hostiens. in*
summa in tit. de Officio de leg. & in Rubr. de Recusat. Bald. &
Salii. in L. jurisjurandi. C. de Testib. Imo *Mascard. de Prob.*
Vol. 1. Concl. 140. num. 14. junct. num. 9. est in ea sententia,
 quod assertio Cardinalis censeatur assertio propria ipsi-
 us Pontificis. Attestanti Cardinali quoque de gesto coram
 eo per partes creditur, *Gabr. Concl. 3. num. 6. Mascard.*
cit.

cit. Concl. 140. hoc verò potius de consuetudine quam juris rigore obtinere vult *Aretin. in Cap. Cum a nobis num. 18. & 19. X. de Testib.* jure stricto tamen contrarium verius esse, affirmant *Felin. in Cap. Quod supra his nura. 21. in fin. vers. Sed limitatur & Anchar. in Clem. 1. num. 3. in fin. de Probat.* His ita positis, id quod in *Extrav. 1. de Elect. habetur non volunt pertinere ad Cardinales ob textum in c. Nobilissimus. 97. d. v. Valer. in diff. 5. For. utriusque Tit. Testib.*

Th. 6.

Licet assertio Cardinalis vergat in præjudicium tertii, tamen ipsi plena habetur fides, si modo fiat in loco, ubi præsens est Pontifex, nam non præsumitur mentiri, cum ad Papam facile recurri possit. *Felin. in Cap. Quod super his. num. 12. de Fide instrument.* Imo generaliter de Consuetudine Romanæ Curiaæ credi volunt Cardinali aliquid asserenti, etiam in præjudicium tertii, quicquid sit de jure. *Mascard. Concl. 140. num. 17. & Concl. 269. num. 1. 2.* & hanc consuetudinem locum habere volunt, quando Cardinalis vellet attestari de gestis vel a se, vel coram se, uti Legato de latere: Si vero vellet attestari de gestis aliter, vel de gestis coram se, tanquam coram iudice ordinario aliter quam ex virtute legationis: tunc hæsitant interpretes, quia enim consuetudo est contra jus, ideo non ipsis videtur extendenda, nisi forte probaretur, eam vigere, in specie eo casu. *Aretin. in Cap. Cum a nobis. num. 19. X. de Testib. Mascard. de Probat. cit. loc.*

Th. 7.

De Episcopis quatenus etiam plene unius horum assertum probet, pauca adducere lubet. Quod nomen hic in latiore sensu venit, ut etiam comprehendat Patriarcham seu Primates, Archiepiscopos & Episcopos. Etsi au-

*Episcopus
ubi plene
probat.*

autem Episcopi dictum non inducat regulariter plenam probationem ; *Gloss. in Capit. Non est de consuetudine. Lib. 6. Campeg. de Testib. reg. 197. in 21. fall. in fin. & seqq. Decian. Conf. 92. num. 23. in fin. Lib. 2. Monticell. in suo repertorio testium rub. Obst. c. omnes. c. XI. q. 1. Resp. God. ad L. 1. C. Th. de Episc. Jud. impugnatio testis, quia unicus. fol. 187. col. 1. v. 1. creditur tamen plene Episcopo asserenti se Legatum Pontificis esse, Spec. in Tit. de Legat. §. super est. num. 16. vers. Quidam tamen dicunt. Imo attestationibus ejus in scriptis, & literis plena habetur fides, quando quis tenetur probare actum extrajudicalem factum in iis, quæ spectant ad Episcopi officium. Cap. Testes, in verbo Scripturam. in fin. 3. q. 9. & ad hunc Text. Bella. n. 3. post med. præpos. n. 7. in pr. junct. vers. Ex de hac materia. Gloss. in Cap. Post. cessionem. 7. X. de Prob. Præcipue autem in sententia excommunicationis standum esse literis Episcopi, tradit. Archid. ad cit. Cap. Testes. 3. q. 9. per Cap. Post cessionem. 7. X. de probat. Bella cit. loc. & Præpos. n. 8. v. Sed si ego.*

Th. 8.

Superintendentes qui
nam sint?

Episcopi atque Superintendentis nomen unum atque idem esse, *Gratianus ex Isidoro & Augustino Can. Cleros. Dist. 21. & Can. Qui Episcopatum causa 8. q. 1.* docet, quibus verbis & nomen inspectoris respondet. Sunt ergo apud nos Superintendentes nihil aliud, quam Episcopi, & quidem tales, qui quam proxime accedunt ad Ecclesiæ initia, quibus Episcopi uni tantum vacabant Ecclesiasticæ potestati, neque politicum sibi convenire putabant imperium. *Zigl. de Superint. C. 3. §. 4.* Qua de causa etiam Doctores tradunt, ejus criminis rerum esse, qui Superintendentem & qui Episcopum lædit. *Schrad. de Feud. p. 9. C. 3. n. 29.* His Superintendentibus non tantummodo ea, quæ alias res ordinis dicuntur atque in prædicatione verbi divini, & administratione Sacramentorum consistit,

ve-

verum etiam res jurisdictionis, si modo vocabulum hoc-
ce in sensu analogo accipiatur, & recte explicetur, com-
petunt. *Aug. Conf. Rub. de Potestat. Eccles. pag. 39.* Quæ qui-
dem potestas jure divino illis data, communisque est, o-
mnibus Ecclesiæ Ministris. Gaudent tamen quoque sua
πρεσβεία & autoritate intuitu reliquorum Ecclesiæ Mini-
strorum, quibus præsumt, jure humano scilicet, & ex vo-
luntate Principis, cui suprema cura Ecclesiæ & regimen
externum a Deo est concessum. Jurisdictio tamen pro-
prie sic dicta aut forum ipsis non competit, sed notio
saltem ac audientia, quod latius ostendit *B. Dn. Ziegl. C.*
16. §. 8. d. 1. Quicquid autem hujus sit, hæc saltem il-
lum in finem a nobis allata, ut quæstionem expediamus,
utrum Superintendentis testimonio fides plena ha-
beri possit? Etsi itaque hodie inter Episcopos Rom. Ec-
clesiæ & nostros Superintendentes Episcopali illo jure,
prout in sensu juris Canon. & publici accipitur, neuti-
quam præditos, conspicua utique differentia est, & quæ
de illis apud Canonistas habentur, ad hos indistincte ap-
plicari nequeunt; imo etsi non gaudeant nostri Jurisdi-
ctione proprie sic dicta: nulla tamen apud me dubium
est, unius Superintendentis testimonio ob *ὑπεροχὴν* & au-
toritatem publicam illam, qua pollet, tantam fidem de
rebus coram illis gestis habendam esse, quantam judici
tribui, infra dicemus. Cæterum aliorum Clericorum
vel Ministrorum Ecclesiæ testimonia nullam majorem
vim, quam aliorum privatorum in judiciis habere, palam
est. Qua de causa non multum proficere illos, qui te-
stimonio unius ministri Ecclesiæ eoque injurato (licet
sub fide Pastoralis, *bey Priesterl. Gewissen* / quid asserat)
causam suam meliorem fieri posse arbitrantur, sæpius au-
divi. Plane Sacerdoti soli fidem tunc haberi, si asserat, ali-
quem poenituisse, traditur *Cap. 14. X. de Simonia Cap. 12.*

*Superinten-
dens in qui-
bus plene
probat.*

*Testimonia
Ministorū
Ecclesie ple-
ne non pro-
bant.*

Exceptio.

D

X. de

X. de Pœnit. & remiss. Si non tangat modo alterius præjudi-
cium. *Gabriel. Lib. 1. Concl. 1. de Testib. num. 6.* Tradunt
etiam interpretes, credi Sacerdoti plene, quando reve-
lat, illa, quæ in confessione audivit, si facultas a confiten-
te ipsi data, ut ea manifestaret. *Anth. Gabr. in Concl. 1. de
Testib. n. 28. Mascard. Concl. 377. n. 9. & alii ab ipso allegati.*
Non tamen puto, testimonium hocce sufficere in capitali-
bus ad condemnandum, cum ibi liquidissimæ probatio-
nes requirantur. *L. fin. C. de Probat.* nec unus testis regu-
lariter sufficiat, sicque non adeo sufficienter probatum sit,
quod Confessus fuerit delictum reus. Ut taceam ex con-
fessione extrajudiciali sola capitale supplicium haud decer-
ni posse. *Habn. ad Wesenb. Tit. de Confess. n. ult.*

Th. 9

*Laici qui
nam sint?*

*Imperator
plene pro-
bat,*

Perspectis hactenus personis Clericis, quarum una
plene probat, sequuntur nunc personæ Laicæ, quæ & po-
pulares dicuntur, & sunt, quibus licitum est, temporalia
possidere, uxorem ducere, causas agere, inter virum &
virum judicare. *Can. Duo sunt genero. 12. q. 1.* inter has vero
primum locum tenet Summus Princeps sive Imperator,
cujus testimonio plene creditur, secundum *Bartol. in
L. Ambitiosa n. 28. ff. de Decret. ab ordin. faciend.* cuique
omnia illa, quæ Pontifex sibi vindicat. *Clem. 1. de Probat.*
longe rectius, quam huic tribuuntur. *Confer. Nov. 7. Cap.
2. §. 1. Cap. Solicite. X. de Major. & Obed.* Quod autem
Principi summo credatur plene, triplicem adducunt In-
terpretes rationem, (1) ut dicit *Baldus per textus in L. 1. de
Officio præfeci. prætor. & in Cap. Cæterum. coll. 3. X. de judic.*
Quod Princeps credit, & nos credere debemus: Princi-
pis enim verbum pro lege habendum. *L. 3. C. de Crim. Sa-
crit. L. 1. C. ut dignit. ord. serv. Mascard. de Prob. Lib. 3. Concl.
1234. num. 30.* (2) quia statur literis attestantis aliquid de
iis, quæ pertinent ad officium suum. *L. Si publicanus §. de
rebus*

rebus. ff. de Publ. & vectig. Ergo multo magis standum est dicto Principis, cujus autoritas supereminet omnes. (3) quia Princeps praesumitur justitiae plenus, & omnia deliberare, & prout convenit facere, ideo non est credendum, quod falsum dicat. L. 2. §. merito 10. & 16. ff. Ne quid in loc. publ. L. Ex facto. 43. ff. de Vulgar. & pupill. subst. Plane quod de Pontifice Aulae ejus asseclae, audacter asserunt, vicem Dei in terris illum gerere: atque ideo illius testimonio esse standum. Mascard. Vol. 3. Concl. 1236. n. 7. majori jure de Principe dici potest, quem Dei vicarium esse in terris, quibus praest, puriori Ecclesiae addicti, agnoscunt omnes. Ingentem numerum consentientium cumulat Farin. q. 63. de Testib. num. 82.

Th. 10.

Dogma hoc DD. nostri variis ampliationibus, limitationibus, subampliationibus & sublimitationibus ita involvunt, ut difficile sit, mentem illorum percipere exacte. Age itaque videamus, num in compendium tradita illorum redigere possimus. Et primo quidem antequam ad alia progredimur, illa nobis expedienda hic est quaestio: an Regula a Doctoribus de summis Principibus non recognoscentibus superiores tradita extendi queat ad Principes & Status Imperii nostri Romano Germanici. Et negativam tuentur multi, quos allegat Myler. ab Ebrenb. in Nomolog. Cap. 1. th. 6. quorum omnium sententia haec est: ad solos Principes supremos Regulam esse restringendam. Ab hisce cur recedam, graves causas me movent. Quod si enim Principi supremo plena fides habenda propter excellentia personae, ac propter dignitatem, vel potius Majestatem, qua in Imperio aut Regno pollet: cur non eadem de Principe Imperii dicenda forent, qui intuitu subditorum in territorio suo

D 2

gau-

gaudet eadem potestate, qua Imperator in Imperio, quive suo modo in consortium administrationis Imperii est assumptus. Cui sententiæ *Myler. loc. all.* ibique citati merito accedunt.

Th. II.

Ampliationes.

Ut vero distinctius procedamus, notandum: nullum dubium esse, regulam istam veram haberi, si de facto proprio testetur. *Ancharan. in Clem. 1. post num. 1. vers. Quando sunt de facto proprio, & ibidem Bonif. num. 1. sqq. & num. 14. sqq. Mascard. de Probat. Vol. 1. Concl. 139. num. 10.* si e. c. verba in concessione alicujus gratiæ fuerint ambigua; & Princeps asserat hanc vel illam fuisse ejus mentem. *Farinac. de Testib. 63. num. 123.* Extendunt tamen DD. plerique eo quoque, ut Principis asserto standum sit super facto alieno, & quidem etiam in iis, quæ vidit ante Principatum, ut si testetur super facto ac super voluntate suo Antecessoris, præsertim si factum illud alienum coram ipso sit gestum. *Felin. in Cap. Pueris. in fin. de sent. Ex commun. Gabr. de Probat. Concl. 2. n. 10.* Aut quando Princeps asserit aliquid ex informatione per ipsum habita a fide dignis. *Aymon. de Antiq. temp. part. 1. in pr. num. 11. Farin. de Test. q. 63. num. 100.* Neque interest, utrum motu proprio, aut utrum ad preces partis asserat, sive ad in præjudicium sui, (quod caret dubio prorsus) sive nullius, sive tertii tendat.

Th. 12.

Limitationes.

Quod si porro de jure vel consuetudine testetur, eo minus dubium est, standum esse Principis asserto, cum omnia jura in scrinio pectoris habere censetur. *L. 19. C. de Testam. Cap. 1. de Constitut. in 6.* & consuetudo non nisi ipso sciente potuerit esse introducta. Interim uti nulla fere Regula est sine exceptione, ita limitant DD. (1) istam, quam

quam diximus, non valere, quando testaretur Princeps in causa, quæ ipsius interesse proprium respicit. *Farin. d. l. num. 171. Oldrad. in Conf. 270. dub. 2.* non solum si assertio fit de auditu, alienaque informatione, sed etiam de proprio visu. Hinc licet eo casu, quando e. c. Princeps testatur, se propriis oculis vidisse, homicidium a Titio esse commissum, hic ultimo supplicio fit subjiciendus, tamen condemnatio in eo casu fieri non possit, si de interesse pecuniario e. g. privatione feudi vel confiscatione bonorum simul ageretur. *Farin. cit. loc. num. 176. & seqq.* Quamvis etiam quidam nec Imperatoris vel Principis solius testimonium sufficiens habeant unquam, si de ultimo supplicio agatur. *Sayrius Thesaur. cas. consc. L. 12. c. 21. n. 15.* (2) Limitant illud Dogma quoad illos, qui non sunt subditi, nec perpetui, nec temporarii: hisce enim cum non agnoscant Principem superiorem, non obesse posse assertum Principis, plurimi tradunt *DD. Mascard. Concl. 1234. n. 84.* Atque hinc volunt etiam Pontificis assertum in casu seculari non obstare illis, qui seculari ejus potestati subjecti haud sunt. *Farin. cit. loc. n. 186.* (3) Limitant, quando Principis assertio est fundata super narrativa partis. *Bonif. in Clem. 1. num. 26. in fin. vers. quarto requiritur. & ibidem Zaber. num. 10.* Limitant. (4) Si vel assertio Principis incidenter non principaliter (praesertim super facto alieno) facta, & Princeps in ea assertione se non fundat. *Farin. dict. loc. num. 169. & seqq.* Quando autem Princeps dicatur fundare intentionem suam super asserto, docet *Mascard. de Probat. Concl. 1234. num. 90. & 91.*

Th. 13.

Quærent porro, utrum assertum Principis probationem in contrarium admittat? De illo quidem inter plerosque convenit, si de facto alieno Princeps testetur, contra ejus testimonium admitti probationem in contrarium, nec admittat?

Assertum
Principis
num proba-
tionem in
contrarium
nec admittat?

D 3

nec stari illius assertioni, si de contrario constet. *Cap. 1. de Const. in 6.* præsertim si de gravi alicujus præjudicio agatur. *Farinac. de Test. q. 63. num. 146. & 151.* nec ex tali probatione contraria mendacii argueretur Princeps. *Decianus conf. 18. n. 274. lib. 1.* Major autem dubitatio tunc exoritur, quando de facto proprio vel communi Princeps est testatus. Plurimi sane hocce casu probationem in contrarium non admittunt. *Mascard. de Prob. Vol. 1. Concl. 139. n. 1. Socin. Conf. 261. num. 27. & 28. Lib. 2. Farin. cit. loc. n. 136.* nisi his casibus: (1) quando per indirectum & non arguendo Principem de mendacio contrarium probari potest. *Gloss. in Clem. 1. de Probat.* Hinc concludunt, si Summus Pontifex, dicat renunciationem factam coram se per Procuratorem, non admitti directam probationem de renunciationis veritate vel validitate, sed per indirectum, ostendendo, talem Procuratorem non habuisse mandatum. *Mascard. Concl. 1234. num. 41. & Concl. 139. n. 19.* Quorsum illa omnia pertinent, quæ *Myler. ab Ehrenb. habet C. 1. Nomolog. th. 9.* (2) iis in casibus, in quibus alias præsumtio juris & de jure non respuit in contrarium probationem, puta si confessio partis, vel notorietas probari possit. *Mascard. dat. loc. Concl. 12. 34. n. 42.* (3) Si non de summo Principe, sed de inferiori quæstio instituat. *Mascard. dict. loc. num. 34.* Quam limitationem ad Principes Imperii nostri applicat *Myler. ab Ehrenb. Cap. 1. n. 8.* Fateor tamen dubiam hanc mihi quodammodo videri Myleri sententiam, eoque potius inclinare animum, ut credam, nullam hac in re differentiam inter summum Principem & Imperii ordines esse admittendam iis rationibus motus, quæ supra §. 10. hujus capituli sunt adducta. Probasse interim illam videtur celebre quoddam Collegium Jctorum, cujus responsi partem hic adjicere lubet:

**Ist des defuncti Bruder oder Schwester vorhabens/
der**

Der Wittben des Sempronii den Eyd darüber zu deferi-
ren/ob nicht die angezogene Disposition erstlich nach des
Sempronii Tode Ihrer Fürstl. Durchl. in die Hände ge-
kommen/ sie aber in Bey sorgen stehen/das Ihre Fürstl.
Durchl. solches ungnädig empfinden möchten/wenn man
dero persöhnliches Zeugnuß in Zweifel ziehen sollte.

Ob nun zwar pro Principe allezeit die præsumtio justi-
tiae & veritatis militiret/ und die aussage eines Reichs
Fürsten dergestalt verbündlich ist/ als wenn sie vō dem
Käyser selbst geschehen;

Myler. ab Ehrenb. Nomol. Princ. Imp. Cap. 1. §. 7.

Des Sempronii Bruder auch ein Fürstl. Vasall, welchen
allerdings seines anädigsten Lehn-Herrns Respect und
Glauben nach aller Möglicheit zu vertheidigen obliegt.
Dennoch aber und die weil bey denen Rechts-Lehrern
der gemeine Schluß gefasset/ quod Principibus Imperii
plena quidem fides tribuenda, nihilominus tamen contra i-
psorum dicta aut scripta die probatio in contrarium zuge-
lassen sey.

Myling. Cent. 4. Obs. 43. n. 5.

Klock. de Contribut. C. 7. n. 63.

Myler. ab Ehrenb. L. 1. §. 8.

in solchen fall auch/ wo der Gegen-Beweis zulässig ist/
die Eydes Delation nicht verboten seyn kan/ cum jura-
menti delatio sit species probationis;

Mev. P. 4. Dec. 6.

Hartm. Pistor. P. 4. q. 13. n. 10. seqq.

und hieraus S. 3. Durchl. einige Ungnade zu fassen
nicht ursach haben/weil nicht vermuthlich/ das dieselbe
ihren Vasallen und Unterthanen/derer beneficiorum ju-
ris communis sich zugebrauchen verwehren sollen.

So erscheinet darauß/das/wenn gleich J. S. D. über
obige ganz unförmliche insinuation ein Attestatum
ertheilen/ und des Sempronii Wittbe sich denselben
wieder

wieder euch gebrauchen solte / Des Defuncti Geschwister
ihr die Insinuation in ihr Gewissen zu schieben / wohl be-
fugt. Welches sie aber zu thun deshalb nicht Ursach ha-
ben / weil / wie bey der ersten Frage ausgeföhret / die In-
sinuation nach Anleitung der Rechte nicht geschehen.
B. N. B.

Th. 14.

*Principis
attestatum
de jure vel
consuetudi-
ne, non ad-
mittit pro-
bationem in
contrarium.*

Cæterum iis casibus ubi de jure testatur Princeps, vel
de consuetudine, multo minus in contrarium admitti potest
probatio, cum Princeps omne jus in seriniis habebat, & opti-
mus ac authenticus Interpres juris sit. *Cap. I. de Constitut. in 6.*
Ipse quoque optime testari possit, an tot tantique actus ad e-
jus notitiam pervenerint, ex quibus mores utentium illis in-
notescere potuere. Plane si contra clarum & notorium jus
scriptum, vel non scriptum ista assertio fieret, nec constaret
de intentione Principis novam condendi legem, aliud foret
dicendum. *Farin. de Testib. q. 63. n. 131.* Sicut & eo casu utique
quis audiendus est, si errorem Principis circa consuetudi-
nem commisisse probare velit: quoniam ad consuetudi-
nem introducendam multa facta aliena concurrere debent,
quæ Principem latere possunt: ob quam rem nonnulli tra-
dunt, Principi de Consuetudine attestanti non credi.
Meichsn. Dec. Cam. 14. n. 52. Carpzov. Lib. 1. dec. 3. n. 24.

Th. 15.

*Consiliarius
in quibus
plene pro-
bat.*

Uni Consiliario Principis credi in iis, quæ a Principe
sunt commissa, etiamsi non ostendat literas commissio-
nis volunt multi, præsertim Canonistæ per *Can. Nobilissi-
mus. 3. dist. 97.* Quibus tamen alii contradicunt ob *I. unic.
C. de Mandat. Princip. Ubi Bartol. L. un. C. de Superindicto.*
Dissentientium opiniones ita conciliari possunt, ut prima
vera sit, si agatur de commodo subditorum, puta si Cons-
iliarius habeat potestatem dispensandi vel absolvendi vel
con-

concedendi privilegia seu immunitates ; posterior autem obtineat , si commissio respiciat damnum & præjudicium subditorum. *Fason. in L. Admonendi 31. ff. de jurejur. n. 189. Berlich. P. 1. Concl. 36. num. 62.*

Th. 16.

Sequitur Judex , quo nomine omnem personam hic intelligimus , quæ jurisdictioni præest , & causas controversas dirimit inter litigantes autoritate publica constituta. Ad hoc officium cum nemo admittatur , nisi constet , quod sit vir bonus & honestus , *C. Statuimus. dist. 61. Nov. 60. & 82. Reink. de R. S. & Eccl. Lib. 2. Cap. 12. num. 12. & jurejurando fidem promiserit. Nov. 8. Tit. 3. non male colligitur , illius attestationsi ac simplici relationi plenam fidem esse tribuendam , ita ut nullo alio indigeat supplemento probationis. Cap. Bonæ memoriæ 23. X. de Elect. Ita in judice omnis præsumptio fraudis cessat. Cap. Sicut nobis 16. in fin. X. de Sentent. & re judic. Cap. in presentia. 6. X. de Renunc. nec veri simile est , quod judex suæ salutis oblitus , ac juramenti religione contempta falsum tulerit testimonium. Cap. In nostra 4. in fin. X. de Procur. Mynsing. in Cap. Quoniam contra. 12. X. de Probat. n. 121. Hinc cum judici cordi magis sit custodia veritatis , quam obedientia voluntatis. Cap. judicet. 3. q. 7. Specul. Lib. 3. Part. 3. de Sentent. §. 5. in fin. ideo ejus assertioni merito standum , donec probetur contrarium. Alciat. Reg. 3. præsumt. 9. n. 1. Mev. L. 1. d. 118. Carpz. d. 48. n. 20. Pacian. de Probat. Lib. 1. Cap. 48. num. 78. Bartol. in Auth. Breviores. num. 4. C. de Sentent. ex peric. recit. Hæc licet vera sint , tamen si crude atque crasse intelligerentur , varios textus juris nostri , rationesque adversantes sibi haberent certe : itaque distinctius procedendum erit , & respiciendum : an judex de actibus in judicio a se gestis , an vero de iis , quæ a partibus coram ipso gestis , testetur. Priori casu quando attestatio judicis respicit ipsius*

Quis intelligatur sub nomine judicis ?

Judex in quibus casibus plene probat.

E

factum

factum proprium sive actus a se in iudicio gestos, tunc ipsi plena fides non habetur, & hoc quidem, quia de proprio facto testa nemo. *Cap. Cum a nobis. 28. X. de Testib. ibique Felin. n. 5. versu nec iudicii & n. 8. versu: fallit tertio, nisi producatur.* Posteriori vero casu testimonio ejus creditur, uti jam diximus, nam magna est iudicis autoritas, per quam maxima actibus accedit vis, & praesumptio fraudis excluditur. *Wesenb. in parat. ff. de Probat. n. 4. L. 1. C. de Praed. & al. reb. minor. L. 12. C. de Pact. Cap. 16. in fin. X. de Sentent. & re jud. Cap. 6. X. de Renunc.* Distinctio a me relata etiam Serenissimo Electori Sax. in Decis. 3. placet, cujus verba hic apponere lubet.

Weilen gleich wohl einen jeden / der auf Pflicht sitzt / die praesumption, daß Er in Kraft der selben aufrichtig und getreulich handelt / auch der Wahrheit gemäß attestiret / zu statten kömmt / ist des Richters assertion oder decreto in denen Sachen / so vor ihm und seinen Gerichte verlaufen oder verglichen worden / so lange billig Glauben und Beyfall zu geben / bis vom Gegentheile ein anders gnugsam erwiesen wird; ubi Philippi. *Cæterum iudicis attestatum semper elidi posse contraria probatione certum est, non tantum in Saxonia, sed jure communi quoque. Cap. in praesentia. 6. X. de renunciat. id quod etiam de contraria fortiore praesumptione asserit. Menoch. L. 2. pres. 67. num. 30. Mev. p. 1. d. 11 8. Plane illud dubio caret, partium consensu quoque fieri posse, ut iudicis dicto stetur, exclusa contrarii probatione. Farinac. de Testib. q. 60. n. 153. conf. quæ dicta sunt infr. c. fin.*

An Iudici
de Consuetu-
dine atte-
stanti cre-
dendum sit?

Th. 17.

Pertinet huc quaestio, an iudici credatur attestanti de Consuetudine? Quæ distinctione quadam expedienda. Aut enim respicit illa stylum Curiae & ordinem iudicii, aut decisionem causae principalis. Priori casu

casu creditur judici, integrum est illi, informare se ea de re ipsum; secus vero est casu posteriori. *Salicet. O. 77. n. 34. Carpz. dec. 3. P. 1. n. 22. Philipp. ad. L. 1. Inst. Eccl. 28.*

Th. 18.

Elegans quoque quæstio est, quam Mevius tractat *P. 1. d. 120.* utrum si iudicis dictum & protocollum inter se differant, illi potius quam huic fide tribuenda? Sane si a Notario iudicii Protocollum rite recteque confectum sit, nulla parte mancum aut mutilum; fides utique illi habenda est, quicquid postea dicat Judex. Cum enim iudicum non sit, Acta facere & scribere. *Asinius Praxi Judic. c. 9. 19. Berlich. P. 1. Concl. 8. n. 48.* sed observare & secundum ea judicare. *L. 6. §. 1. ubi DD. de Offic. pres.* Judex ad ea, quæ ab electo ad hoc officium & probato Actuario consignantur, adstringitur: nec in fringere potest publicam protocollum fidem. *Ruland. de Commiss. p. 2. L. 5. Cap. 6. n. 2. in fin.* Quod si vero aliqua parte mancum, & mutilum, quod forte partim allegationes assequi non potuerit, aut in præceptione aberraverit Actuarius, defectusque aliquis ostendi possit, saltem præsumitur, perit protocollum fides, & magis statur iudicum præsertim plurium assertioni. *Damboud Prax. Civil. Cap. 149. n. 12.* Quando autem præfectum dicatur protocollum docet. *Mev. P. 1. D. 119. Conf. Diff. de Protocollo sub Præsid. Ill. Dn. Stryk habita Cap. 5. & 6.* Hæc vero lites omnes evitari possunt, si Judex præsentibus partibus jubeat prælegi, quæ ad acta relata: testatur enim experientia, sæpe ab Actuariis sive Notariis iudiciorum tum ex negligentia, tum ex imperitia sæpius peccari. Plane Protocollum iudiciale admittere probationem in contrarium dubio caret. *Mev. d. l. D. 120. in fin. & cit. Disp. l. 6.*

An iudicis dicto potius protocollo credendum?

Th. 19.

Arbitrum sive Arbitratorem quod attinet, facit & *Arbiter.*

E2

hic

hic plenam probationem, ubi partes ei potestatem dederunt procedendi, vel cognoscendi in scriptis, vel sine scriptis; & tunc soli ei creditur & plene probat in his, quæ coram se gesta sunt, eodem modo, quo Judex. *Beustius ad L. Tabelliones. Admonendi 31. ff. de jurejur. n. 1158. Fas. in repet. eod. n. 210.* Judicibus hic annumerandi sunt Tabelliones, sive Notarii publici qui etiam judices chartularii vocari solent. Horum instrumentis ob auctoritatem eorum publicam ac voluntariam Jurisdictionem, quam ab Imperatoria Majestate vel mediate vel immediate accepere, sacramentique religionem, & interdum partium voluntatem ac conventionem fides quoque plena habenda est. *Nov. 73. C. 7. Const. Maxim. l. de Not. Hahn. ad Wes. Tit. de Fid. Instr. n. 4.* Etsi instrumenta illa ad testibus ad actum adhibitis non sint subscripta. Æquiparatur enim Notarius duabus aut etiam tribus aliis personis. *Panorminatus in Cap. Quoniam. X. de Probat. Thomas Grammaticus decis. Neapol. 60. n. 11. Mascard. de Probat. Concl. 1099. n. 3. Camill. Borell. Lib. 2. tit. 18. n. 150. & 213.* Atque hinc est, quod DD. dicunt magnam esse pro Notario præsumtionem. *Menoch. de Præsumt. Reg. 3. pres. 16. n. 4.* illumque vicem quasi duorum præstare testium. *L. 15. ibi Gloss. C. de Fide Instrum. Calcan. Conf. 48. Col. 3.* esseque illius instrumentum probatam probationem. *Bald. in L. Si pupillum. C. de Usur. Capyc. Dec. 103. n. 1.* Quæ tamen omnia ita sunt intelligenda, ut in illis locum habeant, quæ ad officium ejus pertinent, atque hujus causa coram ipso aguntur. In reliquis autem & extra officium pro privato habetur, atque illius testimonium non aliam quam alterius habet vim & auctoritatem. *Mev. 3. d. 171. Barnabas Cornazzavus dec. 42. n. 6. Avar. Valasc. Conf. 89. n. 3.* quamvis & hoc casu ceteris paribus fidem Notarii alterius non Notarii præferendam quidem velint. *Ziegl. ad Lancel. L. III. T. V. §. 1.*

Th. 20.

Th. 20.

Ob auctoritatem illam publicam examen testium Notariis publicis a iudice interdum committi solet. *Salicetus & alii DD. ad L. 18. C. de Fid. instrum. & seq. Auth.* Solent tamen etiam saepius testes ad partium preces examinare: quod examen suum usum interdum habet: cuius rei exemplum est *in Dec. Nov. I. & apud Carpzov. in Process. tit. 22. art. 4. n. 40.* In criminalibus tamen causis Iudices testes ipsi examinare debent, nec Notariorum publicorum de jure ullæ hic sunt partes *Auth. Apud Eloquentissimum. C. de Fide Instrum. Farin. de Testib. q. 77. n. 191. Gail. Lib. 1. Obs. 96. in fin.* Quamvis moribus hoc non adeo strictè observari semper soleat. Præsertim autem defensores reorum saepius id agunt, ut testes pro defensione per Notarios publicos curent examinari. Quia in re, cum saepe fraus fiat, atque compertum sit, collusionem inter Advocatos aut reos ipsos & Notarios publicos factam esse, examenque non ea, qua par est fide, fuisse peractum, Saxoniarum Dicasteria & Judicia non admittunt Notariorum Rotulos in criminalibus causis, sed sit offerantur, rejectis illis ita pronunciant: *Das die von dem Notario abgehörte Zeugen zuvörderst anderweit gerichtlich abzuhören / &c. Vel; würde Inquisit NN. anderwärts und zwar gerichtlich abhören lassen; so ergeheth &c.* ubi tamen non præcise opus est, ut iudex inquirens vel is, coram quo accusatio suscepta examinet testes, sed sufficit, si ab eo iudice fiat, ubi copia testis haberi potest.

Th. 21.

Quod si vero Notarius publicus examinaverit testes, unusque ex his dicat, se aliter deposuisse, ac in Protocollo consignatum est, disputant DD. utrum potius testi quam Notarii Protocollo credendum? Ego illorum sententiæ ac-

E 3

cedo,

cedo, qui pro fide Tabellionis respondent, cum ob auctoritatem ejus publicam tamdiu ejus assertum pro vero habeatur, quamdiu de alio non constat. *Cap. Ad audient. 13. X. de Prescript. Covarruv. Lib. 2. resolut. Cap. 13. n. 19. Bart. Brixiens. q. domin. 47. Sagzius Cef. conscient. Lib. 12. C. 21. n. 10.* Quod tamen ad causas civiles restringunt cum *Panormitano ad dat. Cap. Ad audientiam.* Et ideo quidem quoniam de jure Notariis solis in criminalibus causis examen testium committi non debet. Sicubi ergo moribus ab hac dispositione recessum, & Notarii vel jussu Judicis vel ob requisitionem partium testes in criminalibus examinant, prior decisio habebit locum.

Th. 22.

*Secretarii
sive Proto-
Notarii ac
Actuarii.*

Quæ de Notariis dicta sunt publicis, locum quoque habent, intuitu illorum, quibus in judiciis actorum cura commissa, sive Secretarii sive Proto Notarii, sive Actuarii denique dicantur, cum & ipsi publica auctoritate polleant, & jurisjurandi vinculo ad fidem sint obstricti, *Philipp. Obs. 2. ad Dec. 38.* ipsorumque officium in eo consistat, ut universa in judicio dicta & acta, diligenter & fideliter excipiant, & conscribant, omniaque cum decenti ordine, tum ratione personarum, tum ratione temporis designent, *Cap. Quoniam. 11. X. de Probat. L. ult. §. ult. C. de Assess. Nov. 44. Nov. 60. C. 2. Theolof. Syntag. j. r. univ. Lib. 47. Cap. 41. num. 4.* Etsi autem actuarii illi omnia (exceptis saltem minoris momenti rebus) in præsentia judicum & Assessorum annotare & ad acta referre debent. *dat. Cap. Quoniam X. de Probat. Ordin. Crim. art. 46. Ord. Judic. Saxon. tit. 2. §. Also versehen. Resol. Gravam. de an. 1612. III. von justitien Sachen. dec. 45. 73. num. 5.* Non opus tamen est, ut præcise subscribant judices vel Assessores Protocollo, sed illud, quod ab Actuario solo consignatum sollemnissimam meretur fidem. *Cap. Bonæ memoriæ.*

23. in

23. in medio. X. de Election. Cap. 10. X. de Fide iurum. Wesenb. in Parat. ff. de Probat. num. 4. Quæ omnia de illo Actuarius quoque vera sunt, qui Notarius Publ. Cesar. non est, licet in criminalibus sæcus sit, ubi Actuarius iudicii ista qualitate non pollenti Notarius publicus ad jungendus erit. Dec. Elect. Sax. 38. ibique Philippi. Provocat Dec. dicta ad Carol. V. Ordin. Criminalem, sed quoniam hac de re in ea expresse nihil cautum legitur, forte de interpretatione usuali decisio est intelligenda.

Th. 23.

Sicut autem Notarii publici, & Notarii iudicii quoad fidem par fere est conditio; ita etiam in eo conveniunt, quod ista fides contraria probatione possit elidi. Quod fit si duo testes omni exceptione majores, licet instrumento vel protocollo non fuerint inscripti contrarium deponent. *L. Optima in fin. C. de Contrah. Stipul. Cap. Tertio loco. 5. X. de Probat. C. Tam literis. 33. X. de Testib. Couvarruv. Lib. 2. var. resol. C. 13. n. 11. Menoch. Lib. 2. Cent. 2. de Arbit. judic. cas. 101. n. 53. Sayrius Thesauro cas. consc. Lib. 12. Cap. 21. n. 11. & seqq.* Quod si vero præter auctoritatem & testimonium Tabellionis unicus adsit testis adstipulans Tabellioni, DD. communiter volunt non sufficere duos testes, sed tres requiri. *Couvarr. & Sayrius dict. loc.*

Th. 24.

Ex iisdem fere rationibus, scilicet ob selectam fidem *Ministri* personæ, auctoritatem publicam, & iurijurandi religio- *Magistra-* nem plene creditur Ministris Magistratum publicis & *tuum, Nun-* Nunciis juratis, in rebus ad officium pertinentibus, site- *cii, &c.* stentur de executione eorum, quæ ipsis demandata, e.g. citationis. *L. 5. C. de exact. tribut. Cap. Cum parati. 19. X. de Appellat. L. Magis. 5. §. 13. ff. de Reb. eor. qui sunt sub tut. Gloss.*
ad

ad Pandrecht. Lib. 1. Art. 8. Mascard. de Probat. Con. 294. n. 5. Ferd. Vasq. ill. q. 24. n. 1. Lib. 2. Brunn. ad L. apparitores. 5. C. de Exact. tribus. Gail. Lib. 1. Obs. 54. n. 4. Brunn. in Proc. Cap. 3. n. 38. Carpz. P. 3. C. 3. d. 17. & Lib. 1. Resp. 22. n. 20. Berlich. Concl. 36. n. 70. Philipp. O. 8. ad D. I. Quod tamen limitant, si (1) citatus sit vir integræ famæ, nuncius vero suspectus vel vilis *Christin. Dec. Belg. 255. num. 1. Farin. de Test. q. 36. n. 41. Valer. Diff. 5. Fori. utr. Tit. Testib.* Namque arbitrium iudicis hic locum sibi vindicat. *Menoch. Lib. 2. arbit. jud. quest. cent. 2. casu 112. n. 8. & sqq. Hippol. de Mars. in L. questionis modum. 7. ff. de quest. n. 26.* (2) Si extra officium attestetur, ei non habetur fides; nam cessat hoc casu ratio, quare fides ipsi habenda, *Gail. Lib. 1. Obs. 54. n. 5.* (3) Similiter attestanti ei non creditur; ubi injuriis verbalibus sedicit affectum. *Chassen. T. de just. §. 6. n. 1. in addit. aliud si verberatum se dicat, statuit Chassen. d. 1.*

Th. 25.

Denunciatorem quod attinet, qui ad perferendum per civitatem ludentes, vel portantes arma, & similia levia mittitur, ille plene probat, si refert, se nonnullos contra legem delinquentes invenisse. *L. 1. §. Quies. 12. ff. de Offic. præf. urbi Specul. tit. de Probat. §. 3. num. 18. sub. fin. vers. 11. Berlich. Concl. 36. n. 74. Gabr. de Testib. Lib. 1. Concl. 1. n. 34.* Pari modo & res se habet cum Ponderatoribus *Wagemeistern* / qui ratione eorum, quæ ipsis commissa sunt plene probant. *L. Quoties. 2. C. de Ponderat. Beustius ad L. admonendi 31. ff. de jurejur. num. 1162* Sic & Beneratori vel Portatorivini, qui dicit se in domum alicujus portasse vinum vel frumentum, quod alter ipsi vendidit, modo sit persona solita facere hujusmodi exercitium, & tali arte vivere, ac ad hoc constituta, creditur: alias secus. *Pacian. de Probat. Lib. 1. n. 13.*

Th. 26.

Th. 26.

Præter personas illas, quæ ad Magistratum illiusque ministros pertinent, dantur quædam adhuc aliæ, quibus ob conditionem & qualitatem fides plena habetur. Sic creditur Doctori famoso attestanti de consuetudine, vel consuetudinem ita esse, vel in aliqua particulari civitate ita & aliter observari. *Bartol. in L. de quibus. ff. de L. num. 21. vers. quarto principaliter quæritur.* Si modo in eo loco vel Curia est versatus, de quo testetur; nam & poetarum & philosophorum dictis statur. *L. Septimo mense 12. ff. de statu homin.* Hæc tamen, quæ dicta non ita simpliciter sunt intelligenda de concludente probatione, quasi excellentissimus Doctor de consuetudine attestans plene probaret illam, sed tantum præsumptiva. *Dec. Conf. 559. in casu; & Conf. 694. Petr. de Bennintendis decis. 95. ubi meminit, ita decisum extitisse in Rota Bononiensi. vid. Mascard. de Probat. Concl. 462. num. 10. & seqq.* Quod si autem plures DD. communiter de consuetudine quadam testentur, plene illam inde probari volunt. *Masc. dict. loc. n. 17.* Plane illud, quod quidam Pontificiorum volunt, autoritate alicujus viri docti, quem excusari a peccato, *Nav. C. 75. de Simon. 3. Valer. diff. 5. for. utr. Tit. test.* nullam meretur approbationem. *Montalt. Lit. provinc. ep. 5. 6. ibiq; Wendrock. Ziegl. Dicast. c. 40.* Parique modo Doctori & Magistro autoritate publica constituto attestanti super peritia discipuli plene creditur. *L. Nemini C. de Advoc. divers. judic.* imo etiam super vita & moribus ejusdem. *C. 1. 12. q. 1. Card. in Clem. 2. n. 16. de Magistr. Felin. in Cap. Nemo 14. X. de Simon. vid. Joh. Valer. cit. loc.*

Th. 27.

Medico similiter unico perito de vulnere creditur, ac ejus attestatum plene probat, *Card. in Clem. 1. in 12. q.*

F

de

de homicid. & in Cap. Presbyterum in Gloss. in lit. M. v. de
Medico; quod etiam Gail. lib. 2. obs. 111. num. 12. ad Chi-
rurgum extendit, si juratus artisque suæ peritus, & rati-
onem assertionis dare possit. Nec minor fides obstetri-
ci, ubi quæritur, an puella prægnans sit, habetur, &c. si
modo ab initio suscepti officii juraverit. Carpz. P. 1. c. 22.
D. 12. quod tamen de hoc casu intelligi DD. volunt, si
inspectio in eo loco facta, ubi plures haberi non possunt.
L. 1. §. fin. ff. de V. O. Myns. in Cap. 23. X. de Testib. n. 3. Bartol.
in L. fin. ff. ad L. Corn. de Sicar. n. f. in medio vers. & si plu-
res, medici non reperiuntur. Assertioni militis quoque
creditur, ubi ab hostibus remissus, suffragantibus meritis
vita prioris. L. Desertorem 3. §. 12. L. Non omnes 5. §. 6. ff. de
Re militar.

Chirurgus.

Obstetric.

Miles.

CAP. III.

De Probatione plena per unum te- stem ob qualitatem causæ.

Th. I.

CAusæ, quæ in iudicium deducuntur, sunt vel ita comparatæ, ut ad harum probationem plenam plures quam duo requirantur testes; vel ad minimum duo omni exceptione maiores, (de quibus in præcedentibus actum,) vel ita, ut etiam unicus testis ob qualitatem non tantum testis, sed etiam causæ iudici plenam faciat fidem; de quibus in præsentî Capite sum acturus. Probat vero unicus testis plene interdum ob favorem singularem, qua causa gaudet in jure nostro. Qualis est matrimonium, quod impletum five consummatum esse unius testis asserto plene probari potest. Favor autem ille inde natus, quoniam sobolis procrea-

*Ob favorem
matrimonii
unius testis
plene pro-
bat.*

creatio, quæ genus humanum quasi immortale facit,
L. 14. C. de Legitim. heredib. Rempublicam simul cum
 Ecclesia, ne pereant, conservat. *L. 1. ff. solut. matrim. quem-*
adm. dos repet. Carpz. in jurispr. Eccl. lib. 3. tit. 4. def. 50. n. 9.
 & 10. • Hinc proxeneta, qui alias non est testis omni ex-
 ceptione major, tamen pro matrimonio censetur idoneus
 testis, *Petr. Benninten. d. in Decis. 61. in causa vertente post*
num. 3. & seqq.

Th. 2.

Sufficit, minorem, qui restitutionem petit adversus ^{Ob favorem}
 erroneam confessionem a se factam, per unum testem ^{minorum}
 ostendere errorem, & quod veritas aliter se habeat, ^{A-} ^{in restitu-}
lex. in L. Nam posteaquam 9. S. si minor 4. n. 12. ff. de jure- ^{onibus unus}
jur. Soc. vol. 3. Conf. 72. n. 5. Gabriel. lib. 1. Concl. 1. lim. 18. ^{testis plene}
n. 38. Sic ubi de appellatione disceptatur, an ea facta, ^{probat.}
 vel non, ibi etiam statuitur attestationi unius testis dicen-
 tis eam factam esse. *Mascard. de Probat. Concl. 114. in fin.*
 Pari modo unicus testis liberat querelantem ab expensis.
Carot. Dec. 67. In probatione confessionis pœnitentialis
 & absolutionis ab excommunicatione unius testis testi-
 monio statuitur. *Felin. in Cap. Veniens Gloss. 1. n. 18. in fin. X.*
de Testib. Farin. 63. n. 37. Mascard. Concl. 12. n. 3. & Concl.
367. n. 11.

Th. 3.

Similem favorem defensio rei merita est, qui sicut ^{Pro defen-}
 alias tantus est, ut ob illum a Regulis juris recedatur. ^{sione uni-}
Carpz. Prax. Crim. q. 59. n. 40. Ita etiam hic id efficit, ut ^{cus testis}
 unicus testis ad probandam innocentiam sufficiat. ^{plene pro-}
senb. 1. Conf. 19. n. 2. Dec. Conf. 459. n. 7. Hippol. sing. 19. n. 4. ^{bat.}
Aymon. Conf. 2. n. 16. Natta Conf. 412. n. 23. Mascard. de Pro-
bat. lib. 1. Concl. 491. n. 17. & 18. Quod quidem assertum
 nonnulli ita admittunt, si probatio rei non sit directo

Contraria probationi plenæ accusatoris vel Fiscis. Scilicet finge fiscum vel accusatorem probasse per duos testes, quod Mevius occidit Titium, Mevium autem per unum testem probare velle, se non occidisse; quo casu plenam illam probationem præferendam esse volunt, rei probationi. Quod si vero Mevii probatio eo tendat, ut ostendere velit, se occidisse quidem, sed provocatum, & defendentem se contra occisum, vel obiisse Titium, non ex vulnere sed malo regimine: eo casu regulam antea dictam veram esse, lubentes concedunt, quoniam probatione compatibilis est, cum probatione fiscis, vel accusatoris; *Bosius in tit. de Oppos. contra testes n. 72. & in tit. de Convict. n. 61. & seqq. Fach. Lib. 2. conr. 1. n. 14.* Fateor tamen *Vulpelli Cons. 67. n. 8.* sententiam æquiores mihi videri, qui indistincte regulam admittit, statuitque ob unicum testem probationem Fiscis elidi, vel obnubilari, ita ut reus si non in totum, tamen ab ordinaria pœna liberetur. Quam in re arbitrium iudicis utramque paginam facit, qui satius facit, si nocentem dimittat; quam si innocentem condemnet. *L. 5. ff. de Pœnis.* Cæterum testem unicum liberare quoque accusatorem a pœna calumniæ & talionis *Hippol. de Mars. in sing. suo 74. Petr. Greg. Tholos. in Synt. jur. Civ. Lib. 84. cap. 13. n. 7. docent.*

Th. 4.

In causis modicis u-
 nus testis plene probat
 Unius testis testimonio statuitur, in causis modicis. *Ful. Clar. lib. 5. §. fin. q. 53. n. 21.* parvæ quantitatis, & quæ summarie expenditur. *Hippol. Sing. 433. ad fin. Marant. de Ordin. jud. P. 3. dist. 9. n. 75. Ord. Cam. P. 2. cap. 21. in fin.* Ideo furripientes fructus in hortis, vineis, ligna in sylvis puniuntur ex testimonio solius custodis: & scholaris aliquando punitur in scholis, delatione unius censoris; vel exploratoris. *Cajetan. 22. q. 70. art. 2. Bonacina ad Octav. præcept. Decal. Disp. 10. q. 3. punct. 3. Filluc. num. 238.* Hoc-
 que

quæ præsertim Saxones observare solent in processu inter
rusticos suscipi solito, quem vocant das Rugen-Gericht
oder Rugen-Process. de quo *Carpzovius agit in Process. tit.
1. art. 1. n. 67. Conf. Id. Carpz. Pr. Cr. q. 11. 4. n. 52.*

Th. 5.

In causis possessorii summarii, five momentanei, five *Ob pericu-*
in judiciis manutentionis unus testis facit plenam fidem. *lum in mo-*
Ord. Cam. P. 2. Cap. 21. in fin. Carpz. in Proc. tit. 23. Art. n. ra unus te-
27. & *lib. 3. Resp. 94. n. 10. 11. & 12. Brun. ad L. 9. C. de Te- stis plene*
stib. Berlich. P. 1. Concl. 36. num. 59. Bart. in L. Admon. 31. n. probat in
36. *ff. de Jurejur. Gratian. Conf. 110. n. 8. lib. 2. quod & De- possessorii.*
cisco Electoralis Sax. 1. probat, cujus verba ita se habent:

So lassen wir uns doch die andere Meynung ge-
fallen/ daß nemlich eine oder die andre Parthey zu be-
scheinigung der possess in processu des momentanei posses-
sorii summarischer Weise / entweder vor dem Richter
oder Notario und Zeugen Articul einzugeben/und zum
wenigsten einen Zeugen vermittelst Eydes abhören zu
lassen/ hinführo schuldig seyn; Cui sententia & Nevitz.
Conf. 8. n. 11. Menoch. in Remed. ult. red. poss. n. 34. adhaerent.
Rationem autem hujus rei communiter hanc dari solent,
quod causam talem momentanei possessorii pro re modici
præjudicii habeant. *Philipp. ad Dec. 1. Obs. 8. n. 12.* Sed quia
multum in momento possessionis positum est, valdeque
difficile possessionem amissam recuperare in ordinario
possessorio; ratio hæc mihi sufficere non videtur. Potius
eo inclinatur animus, ut credam, id ideo receptum esse,
quoniam si de possessione lis est, facile partes ad arma
devenire possunt, tranquillitatemque publicam turbare;
quam ob causam publice interest, ejusmodi controver-
sias quam citissime finiri. Cæterum, quæ de momenta-
neo possessorio dicta, etiam tunc habent locum, si decre-
tum Interemissivum sit ferendum, seu Provisionale. *Me-*

Th. 6.

*Unus testis
admittitur
ob difficultate
rem proba-
tionis.*

Porro difficultas probationis, & defectus plurium
testium, ubi veritas aliter haberi nequit, (quod, quid sit,
ostendit post alios Carpz. P. 1. c. 16. d. 73.) efficit interdum,
ut uni iudex fidem debeat habere. *L. 1. §. fin. ff. de V. O.
arg. L. Non omnis §. 6. ff. de Re milit. Philipp. Us. Pract. De-
cis. 1. Eccl. 47. n. 9. Matth. de Afflict. Dec. 57. n. 3. Mynsing.
Cent. 5.* Sic cum probatio filiationis difficillima, imo
impossibilis sit, *L. 38. ff. de Condit. & Demonstr. foeminæ
juramento asserenti, filium illius esse, qui, cum ipsa rem
habuisse se non negat, infantem ex ea natum creditur. Dn.
Struv. in Jurispr. for. lib. 1. tit. 15. §. 8. DD. ad l. 6. ff. de His
qui sui vel alien. Hahn. ad Wesenb. tit. de Agnosc. vel alend.
lib. n. 4.* Pari ratione si quis in loco remoto, in acie, mari,
aut morbo aliquo contagioso perierit, ob eandem diffi-
cultatem unius testimonium sufficit. *Nov. 117. Cap. 11. Auth.
Hodie C. de Repud.* Opus tamen est, ut rationem testis de-
positionis suæ adjiciat, e. c. se vidisse cadaver, interfuisse
sepulturæ, vel uxorem aut consanguineos vidisse indue-
re vestes lugubres. *Bart. in L. Genero in fin. de His, qui not.
infam. Carpz. Pr. Crim. P. 2. q. 58. n. 46. & jurispr. Constit.
lib. 2. def. 167. n. 3. & 4. Finckelth. obs. 85.*

Th. 7.

*In antiquis
unicus testis
plene probat*

Simili modo huc pertinent res antiquæ, quæ, cum
etiam sint difficillimæ probationis, unico teste probari
possunt. *Illustr. Dn. Stryk. de Fur. sens. diss. 3. cap. 4. n. 27. &
diss. 8. cap. 3. n. 12. Riccius P. 2. Dec. Neapol. 23. Mascard.
Cons. 230. n. 41. Dn. Struv. Synt. Fur. Civ. Ex. 28. th. 11.* Di-
cuntur autem antiqua in jure nostro, ubi centum anno-
rum intercessit lapsus, quippe ulterius vivere homo non
præsumitur. *L. Proponebatur 76. ff. de judic. L. An usufru-
sus*

Etus. 56. in fin. ff. de usufr. l. 8. ff. de usufr. legat. Mascard. de Probat. lib. 1. Concl. 103. n. 7. Hisce rebus annumerantur illæ res, quæ in occulto fiunt. *Dn. Struv. dict. loc. Carpz. Itidem in Proc. Tit. 13. Art. 2. n. 39.* in quibus etiam scripturam anti-^{occultis.} quam privatam probare, Autores sunt. *Speculat. lib. 2. P. 2. tit. de Probat. §. 3. n. 12. Mynsing. Cent. 5. obs. 29. n. 1.* Itidem in hunc censum referenda est probatio ignorantia, quæ et-^{Ignorantia unico teste probatur.} iam unico teste fieri potest. *Cap. 4. X. de Sentent. Excomm.* non tantum, quia intra animum consistit, & sic difficilis est probationis, sed etiam quoniam ignorantia in dubio præsumitur. *Schurf. Cons. 62. Cent. 1. n. 3. Mascard. de Probat. Concl. 232. n. 1. Surd. Dec. 149. n. 26.* item si deponat testis, quod producens ipsum voluerit corrumpere, modo id faciat ante depositionem. *Gabr. de Testib. Concl. 1. n. 23. Richter. ad cap. 9. X. de Test. n. 37. & 38.* Pertinet huc quoque dis-^{Unicus Pastor plene probat.} positio Saxonici juris *lib. 2. art. 54.* secundum quam testimonium solius pastoris pro vero habetur, quando asserit, pecus aliud læsisse, cujus rationem Glossa recte hanc dat; quod pecora tantum unus custodire soleat, & sic plures testes circa hanc rem nequeant haberi. Plane id quod *L. 1. a. 6. 8.* habetur non est in usu *Carpz. Pr. Cr. q. 114. n. 50.*

Th. 8.

Hisce accensent DD. eas causas, in quibus tertii præ-^{In causis,} iudicium non concurret. Sic quando quæstio est, an Ec-^{ubi nullius præjudici- um verti-} clesia sit consecrata, unus testis sufficit. *Cap. Cum itaque 112. & Cap. Parvulos 110. de Consecr. Dist. 4. Tholosan. in Synt. jur. lib. 48. cap. 13. n. 8.* Item creditur uni testi, si de-^{ur, unicus testis plene probat.} ponat, quod quis sit baptizatus. *Gloss. in Cap. Placit. de Consec. Dist. 4.* Sicuti etiam unus Patrinus in actu baptismi suf-^{ficat.} ficit jure communi. *c. in Catechismo. C. Non plures de Consecr. dist. 4. Conf. Carpz. J. Ecc. d. 268. L. II.* Illud secus tamen est, si heredis sorte præjudicium concurret. Sic etiam eodem modo res se habet; si quærat, an quis sit Do-
ctor

Etor vel Clericus? *Specul. in §. Restat. de Testib. Petr. Ge-*
rard. de Petr. Sanct. in sing. suo 49. n. 2. Cap. Cum itaque. 112.
Dist. 4. de Consecrat. Nell. de Testib. n. 85. in 9. casu. & n. 87.
in fin. Hic tamen distinguendum esse censeo; Aut su-
 mus in extrajudicialibus, aut judicialibus. Primo casu
 cum de nullius præjudicio agatur; ut, puta, quando quæ-
 stio est, an Clericus possit Missam celebrare, vel similia
 exercere, plene per unum clericatus probabitur; secun-
 do autem casu non; ut, puta, quando lis sit super aliquo
 beneficio, vel super jurisdictione, inter Laicum & Eccle-
 siasticum judicem, tunc enim vel per duos testes, vel per
 scripturam opus erit Clericatum probare, *Cap. Tuæ fra-*
ternitatis. 3. X. de Cler. Peregrinis. Ob eandem causam
Brunn. Dec. 40. Cent. 2. tradit. Facultatem Juridicam Viadr.
 arbitratam esse, in actione ad exhibendum unius sufficere
 testimonium. Namque, non puto cum illis faciendum
 esse, qui actionis hujus usum hodie nullum esse existi-
 mant, quin potius egregiam utilitatem ei præstare puto,
 qui rem suam mobilem penes alium existere credit, &
 certus fieri vult, num ita res se habeat, ne forte errorem
 committat, vel in re juxta *L. 6. ff. de Rei vindic.* describen-
 da labatur: atque sic causam perdat, & periculo injuriarum
 actionis se exponat.

Th. 9.

Ubi agitur Illis quoque in casibus, ubi de evitando peccato agi-
de peccato tur, unius admittunt testimonium Doctores. E. g. si quæ-
evitando u- stio fit de probando impedimento matrimonii. *Cap. 22. X.*
nicus testis *de Testib. Cap. 12. X. de Sponsal. Cardos. de Verbo testis. n. 43.*
plene pro- *Berlich. P. 1. Concl. 36. n. 65.* Secus, si agatur de dissolven-
bat. *do. Valer. Diff. For. Utr. Voce V. Testis.*

Th. 10.

Th. 10.

Non omittendum quoque illud est, DD. hunc quo- *Testis de*
que casum huc referre, quando testis de facto proprio, cu- *facto pro-*
jus ipse optimam notitiam habet, deponit, etiamsi alias *prio depo-*
sit in habilis & infamis. In quam rem allegant *L. 58. ff. nens plene*
in fin. de Aedilit. Edict. L. 7. ff. de Probat. Mascard. de Probat. q. probat.
11. n. 15. Jason. in L. 1. C. de Summ. Trinit. num. 65. atque 66. quæ
sententia admitti potest, si modo quædam adminicula
concurrant *L. 57. ff. de Legat. 1. & dict. L. 58. de Aedil. Edict.*
Farin. q. 63. n. 36. Id quod etiam in praxi receptum esse,
testatur *Carpz. in Proc. tit. 13. art. 3. n. 33. Mev. P. 2. Dec. 6.*
Brunn. Centur. 4. Dec. 96. & Cent. 5. Dec. 63. Sed ita hicce
casus proprie ad nostrum thema non spectat.

Th. 11.

Referunt quoque hic casum ex *Can. Præsens. c. 20. qu. 3. Casus ex c.*
ex quo colligere volunt, credi soli Patri asserenti, filium *Præsens c.*
invitum Monachum esse factum, & habitu monastico *20. qu. 3.*
violenter indudum, quod si esset, forte ex odio violen-
tiæ ita se haberet. Sed quoniam Pontifex non aliter
decidit causam, quam sub Clausula: *Si ita verum est, ut i-*
sti dicunt; merito dubio cum Glossa an solum Patris
testimonium sufficere queat. Idem iudicium de eo casu
ferendum est, quem ex *Capite 3. X. de Procur.* huc trahit
Speculat. in Tit. de Testib. §. restat. num. 8.

Th. 12.

Potiori jure huc referendum est illud, quod di- *Testis con-*
cant, uni testi credi, si contra proprium commodum de- *tra propriū*
ponat. Nam quia natura ita comparatum est, ut quili- *commodum*
bet commodo suo studeat, nec suum jactet, *arg. L. 25. ff. attestans*
de Probat. Ita non credibile est, testem talem dicere *plene pro-*
falsum. *Anton. Faber. def. 10. ad tit. C. de Testib.* Plane arbi- *bat.*
trium iudicis partes suas hic reperire, nullus dubito.
Pari modo, ubi de terminis agri lis oritur, statur deter- *Venditor*

G

mi-

agrorum
plene pro-
bat.

Pari Curia
attestanti
de atate Va-
salli credi-
tur.

Exclud.
Cause cri-
minales
graviores,
ubi de con-
demnando
agitur.

Super eade
re contraria
juramenta
admittunt.

minationi venditoris, qui utriusque predii dominus fuit.
L. Eos. 13. ff. Finium regund. Denique ex Jure Saxonico
feudali *Art. 26. n. 6.* huc referri meretur, quod eo casu,
ubi de atate Vasalli agitur, tutoris vel unius ex paribus
Curia testimonio credatur.

Th. 13.

Non dubito, quin plures etiam casus reperiantur in va-
stissimis Interpretum voluminibus ad argumentum hocce
pertinentes. Sed quia non animus est, nec tempus fert, feri-
bere librum, Dissertationi Academiae hęc, quę allata sunt,
sufficere posse, arbitror. Illud tamen omne, quod in hocce
capite dictum, ad causas criminales graviores, & quidem u-
bi de condemnando agitur, neutiquam pertinent; quippe
in quibus apertissima, indubiata & luce meridiana clariora
testimonia requiruntur. *L. fin. C. de Probat.* Quamvis id ne-
gandum non sit, ad torturam decernendam, unicum testem
omni exceptione majorem, & de actu immediato & proxi-
mo verbis dilucidis & indubitatis deponentem sufficere pos-
se. *L. 1. §. 4. L. 20. ff. de Quęst. L. 3. C. de Crim. les. Majest.*
*Art. 23. & 30. Ord. Crimin. Mascard. Concl. 463. n. 19. Me-
noch. Lib. 1. pres. 89. n. 10. Carpz. Prax. Crim. q. 121. num. 10.
& seqq.* In qua tamen re prudentis judicis arbitrio mul-
tum tribui, fatentur omnes.

Th. 14.

Facile autem ex hisce constat, multo magis ad inqui-
rendum, ad in carcerandum, & ad juramentum purgato-
rium deferendum pro re nata, ceteris paribus, unius suf-
ficere testimonium. Qua de re *Carpz. Pr. Crim.* passim
agit. Atque cum sic sæpius fieri soleat, super eadem re
contraria admitti juramenta, hocque multis iniquum aut
impium valde videatur, placet adjicere Inclyti Ordinis
Jctorum hujus Academiae Responsum a D. Præside mihi
communicatum:

Ist in Sachen G. H. wie auch in unterschiedenen an-
deren

deren Sachen dem Denuncianten seine Rüge zu förderst
eyndlich zu bestärcken / dem Denunciaten aber hernach von
dem Beschuldigten Verbrechen vermittelst Eynes sich
zu reinigen zuerkandt worden / und ihr wollet / wie solches
in Rechten / und dem Process gegründet / von uns berich-
tet seyn. Ob nun wohl andern / daß mit denen Eynen
bescheidenlich zu verfahren / auch die Meinende der
Partheyen / so viel möglich / von dem Richter zu verhü-
ten sind. Dieweil aber dennoch es sich in denen Gerich-
ten zum öftern begiebet / daß schwere Verbrechen denun-
ciiret / u. dabey zwar Zeugen angegeben werden / nach
deren Abhörung aber sich befindet / daß sie von dem facto
nicht gründliche Wissenschaft haben / u. also / wider den
Denunciaten gnugsame indicia zur inquisition nicht ver-
handen / gleichwohl dergleichen böse Thaten also unges-
traffet hingehen zu lassen / das Bonum publicum nicht
leidet; So ist in denen Juristischen Collegiis dieser Lande
in üblicher observantz also hergebracht / daß in derglei-
chen Fällen dem Denuncianten die Rüge Eynl. zu bestär-
cken zuerkandt / hernach aber wenn bey des Inquisiti Ant-
wort auf die Articul ein mehreres nicht heraus kömmet /
u. derselbe nur durch den Zeugen remote, und des Denun-
cianten juramentum graviret ist / der Reinigungs Eyd
Ihm zuerkant wird / dabey den dem Richter nichts unge-
bührliches beygemessen werden mag / indem Er bey Er-
kennung des Reinigungs Eyns nicht wissen kan / ob der
Denunciant die Wahrheit geschworen / vielweniger ob
der Denunciat das juramentū purgatorium ablegen / oder
nicht vielmehr dadurch zum Erkentnisse des Verbre-
chens sich bewegen lassen werde. Überdies in andern
Fällen sich zum öftern begiebet / daß Eyd wieder Eyd
zugelassen / u. weil man nicht wissen kan / wer unter den
beyden einen falschen Eyd gethan / solches alles dem ju-
dicio

dicio Dei, deme zugleich dieselbe geschworen / überlassen
wird. B. N. B.

Cæterum quantum unius agonizantis asserto & testimo-
nio credendum, item quis effectus sit, unius testimonii,
quatenus semi plene probat in Diff. sub Ill. Dno. Strykio de Ef-
fatis Agonizantium Fol. 1. Diss. 5. & altera nuper Hallis habita,
late traditur, quo me brevitatis causa remitto.

C A P U T I V.

De probatione plena per unum
testem ob voluntatem partium.

Th. 1.

EX illis, primo Capite §. 12. dicta, satis apparet, in fa-
vorem partium receptum esse, ut regulariter non
nisi ex duorum testimonio sententia ferri possit.
Cum itaque quilibet favori pro se introducto possit
renunciare. *L. pen. C. de pact.* nullum est dubium, id etiam hic
sibi vindicare locum, atque sic partium voluntate ef-
fici posse, ut unius testis dicto fides habeatur. *DD. ad*
L. fin. C. de Fidei c. Far. q. 63. n. 18.

Th. 2.

*Conventione
partium u-
nus testis
plene pro-
bat.*

Itaque id fieri potest (1) conventione inter utramque
partem sive expressa sive tacita. Sicut enim pars una facere,
potest ut dicto adversarii credatur, *L. fin. C. de fidei comm. L. ff.
de Contrah. Empt. ut vend. L. 22. §. 1. ff. de R. J. Specul. tit. de Testib.*
ita etiam idem consensus efficere potest, ut unico testi plene
credatur. *L. 2. §. 7. ff. de V. Obl. L. 1. in. pr. ff. quar. rer. act. §. datur.*
Mev. P. 2. Dec. 96. n. 5. Rom. C. 204. pr. Mynsing. Cent. 5. Obs. 26.
Menoch. Conf. 315. n. 11. quod tamen ita intelligi debet, si non
tantum in personam consenserit testis, sed etiam in eju s di-
cta. Quod si enim primum tantum factum est, exceptiones
contra personam testis solummodo cessabunt. Imo porro il-
lud requiritur, ut nominatim exprimant negotium, super
quo

quo testimonium ferre debet, & iuramentum præstet testis. *Chassen Tr. de just. §. 6. verbis font. crues. n. 7. ne occasio fraudibus & falsitatibus detur. Angelus in L. Pactum inter heredes ff. de pactis. Covarr. var. resol. lib. 2. Cap. 13. n. 1. Berlich. P. 1. C. 36. n. 63.* Interim tamen, non obstante tali pacto, probatio in contrarium adhuc permessa est illi, contra quem est productus. Sicut enim probatio plena per duos testes non excludit probationem contrarii, ita etiam & hoc in casu illa non exulabit, *Far. q. 63. n. 18.* Cæterum Dd. exemplum hujus ponunt in proxeneta, consensu partium recepto. *Nov. 90. Cap. 8. Bartol. in L. Deferre. in fin. ff. de jure fisc. Marsil. sing. 533.*

Th. 3.

Porro unius quoque saltem partis voluntate idem effici potest, e. c. si Testator in testamento jubeat, ut stetur unius testis asserto per *L. famosam. Theopompus 14. ff. De Dote præleg. L. C. de fidei. c.* Sic quando porro defunctus confessus est, se fuisse usurarium heres ad restitutionem compelli poterit. *Angora Cons. 129. Fur. Clar. L. 5. §. usuris n. 7.* Quamvis hocce casu peculiaris ratio accedat, quod heres defunctus pro una persona habeantur, & sic confessio defuncti idem sit, ac confessio heredis.

Voluntate testatoris unius testis testimonio statur.

Th. 4.

Deinde illud notatu dignum est, sufficere hic quoque præsumtam quandam voluntatem. Quod si enim testis productus a parte contra ipsum deponat, licet tantum de credulitate pro plena probatione id habetur. *arg. L. Cum precum. 9. C. de Liberal. caus.* Quia enim producens semel ejus elegit fidem, ipsi repugnare non potest. *Gabr. L. 1. de Test. Concl. 1. n. 14. Menoch. de Arbit. judic. quæst. C. 99. n. 13. Virvius L. 3. dec. 505. n. 12.* quod tamen *Antonell. L. 2 C. 4. n. 9. de Tempor. legal.* tunc procedere vult, quando attestations producuntur, non quando quis inducit testes, ut examinentur. Sed quia is, qui in judicio injuncta, & suscepta probatione testes producit, impe-

Ex tacita voluntate unius testis plene probat.

impedire non potest, quo minus attestations publicentur, parum hac explicatione consultum erit parti. Quod si vero *Antonellus* de Examine extrajudiciali intelligi velit, facile ipsi consentimus; namque tunc in voluntate partis est, an velit exhibere Rotulum, necne: Et antequam id fiat, nondum fidem testis elegisse censendus est. Plane arbitrium judicis non esse hic excludendum puto, praesertim, cum & ea conjectura capi possit, producentem tantum eatenus testis fidem elegisse, quatenus unus testis probat; sicque cum unus testis pro ipso tantum semiplenam faciat probationem, nec etiam magis contra ipsum probare posse.

Th. 5.

An conventionione partium fieri possit, ut unico testi in criminalibus credatur?

Ultimo loco haec quaestio expedienda, utrum voluntate partium effici possit, ut unus testis plene probet, illis in casibus, ubi de ultimo supplicio vel poena corporis afflictiva agitur. Vel ut exemplum ponamus, utrum reus accusatus vel inquisitus efficaciter obligare se possit ad poenam capitalem subeundam, si unius testis contra ipsum produci possit? Quod breviter nego. Nam quia in omni obligatione promissum in potestate debet esse promissoris: vita autem hominis & membra ejus tale quid non sint, facilis collectio est, neminem se posse adstringere, ut sine justa causa jacturam vitae faciat, atque membris inferri patiatur immeritum dolorem: Facit *L. 13. ff. Ad L. Aquil.* Quo posito, & illud sequitur, testem pro defensione productum, si contra reum deponat non facere plenam fidem; nam ubi expressa voluntas nihil operatur, multo minus praesumpta aliquid efficere potest. confer. *Brunn. ad L. 9. C. de Test. n. 11. Wissenb. de Probat. Diss. 34. th. 32. Grot. de J. B. & P. Lib. 3. Cap. 21. §. 11. Tantum.*

S. D. G.

Nobilissimo Clarissimoque

V I R O,

DN. CHRISTIANO VETTE,

S. P. D.

MARTINUS KNORRE, Infer. Math. PP.

Maximam licet venerationem habeat juris cognitio atque interpretatio, majori tamen in honore versatur, si cadat in virum, in quo plurima quoque sunt virtutis ornamenta. Neque enim sapienti iudici aut causarum patrono exploratum solum esse debet, quid justum aut quid injustum sit; sed talem quoque ipsum esse oportet, qui neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit, qui que maxime æstimet conscientiam mentis suæ, quæ ab ipso divelli non

li non

li non potest. Qualem cum Te
quoque, Nobilissime VETTE, futu-
rum augurarer, simultaque mores
tui ad virtutem compositi, & mi-
rifica in jure addiscendo industria,
ex convictu quotidiano mihi inno-
tuerunt, non potui te non amare
charumque habere, & nunc ma-
gnam capio voluptatem, cum vi-
deo a Magnifico Jctorum ordine ti-
bi ad summos honores dari aditum.
Deum quoq; immortalē veneror,
ut hoc tibi faustum sit ac felix, & quā
patriæ tuæ expectationem tui con-
citasti, scientia, fide, religione, æqui-
tate, sustineas & tuearis. VVitte-
berg. prid. Non. September. Ann.
M DCXCIII.


05 A 100

ULB Halle 3
003 781 208


1077







B. V. 329
URALIS JURIDICA,

ATIONE R UNUM EM,

MIA WITTEBERGENSI
AUTORITATE
ORUM ORDINIS

ESIDIO
EINR. HORNII,
URIAE ELECTOR. PRO-
NON FACULTAT. JURI-
ESSORIS,

HONORATISSIMI,
CENTIA
E JURE HONORES AC
ME CAPESSENDI

R. M DCXCIII.
ILANDAM SISTIT
US VETTE,
ESPHAL.
NIS IN AUDITORIO MAJORI.

elo Goderitschiano.